

Werk

Titel: Commentationes Societatis Regiae Scientiarum Gott

Verlag: Dieterich

Jahr: 1828

Kollektion: Wissenschaftsgeschichte

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN35283028X_0006_2NS

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN35283028X_0006_2NS

LOG Id: LOG_0007

LOG Titel: Commentationes classis physicae

LOG Typ: section

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN35283028X

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN35283028X>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

COMMENTATIONES

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM
GOTTINGENSIS

RECENTIORES

CLASSIS PHYSICAE

TOM. VI.



COMMENTATIO
DE
MANIA SINE DELIRIO
IN CONSESSU
SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM DIE XXXI. JUL. MDCCCXXIV.
RECITATA
A
D. JO. GUIL. HENR. CONRADI.

De argumento huius commentationis iam abhinc annis quatuor in Annalibus literariis Heidelbergensibus (1820. Jul. p. 627-628.) breuiter disputau. Cum enim de compendio medicinae forensis a Cl. Henkio edito iudicium mihi ferendum esset, atque animaduerterem, illum in hoc libro ut in commentationibus suis ad medicinam forensem pertinentibus, eam maniae speciem, quae ab ill. Pinelio primum descripta et nomine *Manie sans delire* designata est, negare, rationes vero ab illo adlatae mihi neutiquam certae esse viderentur, paucis exposui, quae me impedirent, quo minus a Pinelii sententia, quam ipse quoque in compendio meo pathologiae et therapiae specialis professus eram, discederem et Henkii opinionem probarem. Hisce impulsus Henkius haēc rem grauisimam retractandam sibi esse censuit atque et in annalibns suis medicinae publicae (Zeitschrift für die Staatsarzneikunde, 1822. H. 1. p. 1 sq.) et in secunda commentationum ad medicinam forensem pertinentium editione (B. II. p. 309 sq.) copiosius de ea disseruit, ac

licet quaedam nobis concesserit, omnem operam ad causam, quam suscepserat, tuendam adhibuit. Iam vero cum et iis, quae nouisimè ab illo disputata sunt, mihi neutiquam persuasum sit, hanc maniae speciem recte in dubium vocari, cumque mihi quoque haec quaestio et in psychologia atque pathologia, et in foro maximi momenti esse videatur, operaे pretium duxi, eandem repetere atque paulo vberius tractare, vt pateat, minime me obstinatione impulsum pristinae sententiae adhaerere, sed rationes idoneas sequentem ab ea desciscere non posse.

Ab antiquis autem medicis mania species insaniae (*πάγαΦροσύνης*), quo nomine in vniuersum omnis imaginationis mentisque a recta aberratio significabatur, iudicata et *vehemens desipientia ac mentis alienatio absque febre* (*πάγαΦροσύνη σφοδρὰ ἀρευ πνευτοῦ*) definita est. (Conf. Gorraei definit. med. et Foesii Oeon. Hippocrat. sub voce *μανία*). Deinde communis fere sententia haec erat, maniam oriri et gradu modo differre a melancholia, (quo nomine a medicis ille morbus vocatur, in quo aeger delirat diu et pertinaciter, sine febre, in vna eademque fere cogitatione semper defixus a). Sic iam Aretaeus (morb. diuturn. Lib. I. cap. 5. p. 29. Ed. Boerhaave) dixit: "mihi profecto melancholiā *μανίας* „initium atque pars esse videtur." Alexander Trallianus autem de diuturna melancholia agens (Lib. I. cad. XVI. p. 103. ed. Guинтер. Andernac. monuit: "Inueteratus enim et veluti in naturam „conuersus, incurabilis propemodum euadit: et tali morbo affecti „non tantum melancholia laborant, sed etiam per circuitus insaniunt. Nil enim aliud est mania, quam melancholiae ad maiorem „feritatem intensio." Haec antiquorum medicorum de mania sententia principibus recentiorum medicorum probata est. Sic Boerhaavius professus est hisce verbis (Aph. §. 1118.): "Si melanco-

a) Boerhaave Aphor. §. 1089.

„lia eo vsque increscit, vt tanta accedit agitatio liquidi neruosi, qua „in furore agantur saevum, Mania vocatur.“ Et §. 1119.: “quae „gradu modo differt a Melancholia tristi, huius proles est, ex iis. „dem causis oritur, iisdem fere remediis curari solet.” Eandem sententiam secutus est *Irid. Hoffmannus* (med. rat. Tom. IV. P. IV. p. 188.) de delirio melancholico et maniaco dicens: “Haud paucos „fure arbitror, qui mirabuntur me affectus, qui natura et sympto- „matibus plane dissimiles videntur, in uno capite pertractandos sum- „sisse et ad unam retulisse speciem. Attentiori vero vsu et obser- „vatione discimus, utrumque morbum ex una eademque origine et „causa continente, videlicet nimio sanguinis ad imbecille cerebrum „appulsu; suboriri et nisi gradu et inuasionis tempore variare, adeo „vt melancholia pro morbo primario, mania vero pro eius exacerbatione et effectu accidentaliter habeatur, rectissime.”

Praeterea medici non gradu solum et accidente furore, sed etiam *delirio universalis* Maniam a melancholia differre crediderunt. Ita apud *Burserium* (Inst. med. pract. Vol. III. p. 177.) legitur: “Primum venit *Mania*, que communis omnium sententia definitur „delirium sine febre, sed furiosum et audax. — In hac autem insania plures simul ideae et cogitationes perturbantur, et mentem „exagitant cum aucto virium robore, audacia, furore: quo fit, ut „longe differens videatur a *Mελαγχολίᾳ*, in qua *uni*, aut *alteri* ideae, „aut obiecto tantum meritis pertinaciter adhaerens hallucinatur aber- „ratque cum metu et tristitia; in reliquis vero praeclare sana, et „rationis optime compos.” Pariter a *Cullenio Melancholia* insania partialis cum dyspepsia, *Mania* insania universalis definita est. *Swietenius* (Commentar. in Boerhaave aph. T. III. p. 519.) quidem iam monuit maniam, etsi melancholiā diurnam sequi soleat, quandoque et aliis causis oriri. Item *Lorryus* (de melancholia et morbis melancholicis, T. I. p. 364) monuit, maniam, quae melancholiae succedit, etsi frequentissimam, tamen non unicam esse. Non minus *Arnoldius* (Ueber die Natur, Arten, Ursachen und Verhütung des

Wahnsinns oder der Tollheit, p. 53.) notauit, maniam non semper a melancholia oriri. Quod et b. *Sellius* (Med. clin. ed. 7. p. 329.) confessus est, dicens: "Die Manie kann ein verstärkter Grad „der Melancholie seyn, aber nicht immer geht ein Stadium melancholicum vorher, sondern sie entsteht oft plötzlich, und wird „nicht selten ohne alle zurückbleibende Melancholie und Hypochondrie gehoben." Idem tamen (ib.) vulgarem maniae definitio-
nen retinuit atque eam delirium vniuersale vehemens aut chronicum esse iudicauit. Cl. *Sprengelius* (Handb. d. Pathol. Th. 3. §. 518.) itidem notauit: "Die Raserei unterscheidet sich von der „Melancholie durch das irrite Urtheil über alle oder die meisten „Gegenstände der Vorstellungen und durch die Heftigkeit und Un-„regelmässigkeit der damit verbundenen Begierden." Neque minus monuit (§. 519.), maniam potissimum e melancholia oriri. Et ho-
rum quidem virorum auctoritatem plurimi recentiorum medicorum secuti sunt.

Silentio tamen hic praetermittere non possumus, iam ab antiquis medicis obseruatum esse, phreneticos adeo in accessio-
nibus nonnunquam speciem sanitatis in vsu rationis praebere. Ita *Celsus* (Lib. III. c. 18.) de iis agens monuit: "atque ex his ipsis „alii nil nisi impetu peccant; alii etiam artes adhibent, summam- „que speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus „praebent; sed exitu deprehenduntur." — — "Neque creden- „dum est, si vincitus aliquis, dum leuari vinculis cupit, sanum iam „se fingat; quamuis prudenter et miserabiliter loquatur, quoniam „is dolus insanientis est." Sic a *Wedelio* (path. gen. Sec. III. c. 9.) relatum legimus, furiosum quendam ab blandientem commensalibus suis ipsum visitantibus, gladium bona verba et gestum p[ro]ae se fe-
rentem, ab uno horum impetrasse, mox vero eodem omnes ex hy-
pocausto fugasse. Alius autem simulans se optime habere, coniugi
persuasae ipsum sanum esse, imprimis cum eandem ad preces fun-
dendas hortaretur, vltimis mensibus grauidae, noctu fauces p[re]-

cidit. Propriam autem animaduersionem desiderant, quae diu ante *Pinelium de perturbatione mentis melancholica*, in qua recta ratio sine delirio constituisse dicitur, relata sunt, quaeque ab *Ettmüller*o (*Prax. Lib. II. Sect. III. c. 4. opp. T. III. p. 368.*) *melancholia sine delirio* appellata est. “*Melancholia haec sine delirio*, dixit *Ettmüller*us, simpliciter solet vocari apud Practicos *Perturbatio Mentis*, quae Perturbationes Mentis melancholicae satis sunt frequentes, ita ut adhuc recta Ratio sine Delirio constet: Sic *Platerus* obseruat talem animi Perturbationem in Muliere, quae subinde stimulabatur, ut interficeret infantem; erat tamen adhuc compos rectae Rationis, et resistebat istis cogitationibus. Et haec est *Perturbatio Melancholica*, non vero perfectum Delirium: sicuti talis Animi Perturbatio est, quod idem refert *Platerus* de quadam muliere, quae subinde impellabatur ad maledicendum Deo; ipsa vero sana recta Ratione resistebat his Cogitationibus malis, adeoque erat tantum Perturbatio Animi, non vero Delirium Melancholicum.” Conferantur quoque, quae ab *Arnoldio* (l. c. p. 173 sq.) notata sunt. Denique notandum est, b. *Brendelium* (*Praelect. acad. T. II. p. 18. §. 11.*) maniam quidem delirium chronicum audax et furiosum esse iudicasse, sequenti autem §. addidisse, illam habere suos gradus atque et ipsam periodicum malum esse. Aliam esse *leuiorem*, per interalla saltem venientem, cuius Delirium circa vnum saltem obiectum sic versetur, ut in remissionibus homo aut melancholicus saltem, aut integræ certe roquin mentis esse videatur. Et hac specie affectum sui etiamnum, per ipsas etiam exacerbationes, imo aliorum quoque conscientum esse et homines discernere. Aliam vero *grauiorem* esse et ferociorem, *Hippocrati ferinam*, quum homo rabienti bruto similis sit, neque aliarum extra se rerum, interdum ne obiecti quidem delirii sui sibi conscientis, et nisi vincitus claususque in quoscunque inuolaturus.

Pinelius vero, cum initium obseruationum suarum in nosocomio mente captorum, quod *Bicêtre* vocatur, faceret, itidem

credebat *Lockio* aliisque, maniam a delirio inseparabilem esse, adeoque non parum miratus est, videns plures aegros, qui neque imaginibus neque mente fallebantur, quorum iudicium minime laesum erat, qui tamen furore instincti consurgebant et violentius se gerebant, nil nisi impetu peccabant, sine nonnisi voluntatis vitio laborare videbantur. Comparatis deinde multis maniae paroxysmis edixit, illos potius excandescentia furibunda sine iracundo animi motu, quam idearum perturbatione insignes esse. Quare posuit, duas esse maniae species, alteram sine delirio, alteram cum delirio, atque utriusque differentiam ita significavit: "Dans le premier cas, il n'y a aucune altération sensible dans les fonctions de l'entendement, la perception, le jugement, l'imagination, la mémoire etc.; mais perversions dans les fonctions affectives, impulsion aveugle à des actes de violence, ou même d'une fureur sanguinaire, sans qu'on puisse assigner aucune idée dominante, ni aucune illusion de l'imagination qui soit la cause déterminante de ces funestes penchans." Dans la manie avec délire, on remarque la lésion d'une ou de plusieurs fonctions de l'entendement et de la volonté, avec des émotions gaies ou tristes, extravagantes ou furieuses." Praeter casum autem, qui primas fere notas huius maniae exhibet (Exemple d'une sorte d'emportement maniaque sans delire, quod cum *Platneri* excandescentia furibunda conuenit), praesertim sequentes relatu digni ab ipso enarrati sunt.

La manie sans delire rendue manifeste par un fait bien constaté.

Je puis rendre sensible par un exemple le plus haut degré de développement de cette espèce d'alienation. Un homme livré autrefois à un art mecanique, et renfermé maintenant à Bicêtre, éprouve par intervalles irreguliers des accès de fureurs marqués par les symptômes suivans: d'abord, sentiment d'une ardeur brûlante dans les intestins, avec une soif intense et une forte constipation; cette chaleur se propage par degrés à la poitrine, au col,

à la

à la face, avec un coloris plus animé; parvenue aux tempes, elle devient encore plus vive, et produit des battemens très-forts et très-fréquens dans les artères de ces parties, comme si elles allaient se rompre; enfin l'affection nerveuse gagne le cerveau, et alors l'aliéné est dominé par un penchant sanguinaire irresistible; et s'il peut saisir un instrument tranchant, il est porté à sacrifier avec une sorte de fureur la première personne qui s'offre à sa vue. Il jouit cependant à d'autres égards du libre exercice de sa raison, même durant ses accès; il répond directement aux questions, qu'on lui fait, et ne laisse échapper aucune incohérence dans les idées, aucun signe de délire; il sent même profondément toute l'horreur de sa situation; il est pénétré de rémords, comme s'il avoit a se reprocher ce penchant forcené. Avant sa reclusion à Bicêtre cet accès de fureur le saisit un jour dans sa maison, il en avertit à l'instant sa femme, qu'il chérissait d'ailleurs, et il n'eut que le temps de lui crier de prendre vite la fuite pour se soustraire à une mort violente. A Bicêtre, même accès de fureur périodique, mêmes penchans automatiques à des actes d'atrocité dirigés quelquefois contre le surveillant, dont il ne cesse de louer les soins compatissans et la douceur. Ce combat intérieur que lui fait éprouver une raison saine en opposition avec une cruauté sanguinaire, le reduisent quelquefois au désespoir, et il a cherché souvent à terminer par la mort cette lutte insupportable. Un jour il parvint à saisir le tranchet du cordonnier de l'hospice, et il se fit une profonde blessure au côté droit de la poitrine et au bras, ce qui fut suivi d'une violente hémorragie. Une réclusion sévère et le gilet de force ont arrêté le cours de ses projets suicides.

Autre exemple d'une manie non délirante.

La manie sans délire a donné lieu à une scène singulière, à une époque de révolution qu'on voudroit pouvoir effacer de notre

histoire. Les brigans, lors du massacre des prisons, s'introduisent en force dans l'hospice des aliénés de Bicêtre, sous prétexte de délivrer certaines victimes de l'ancienne tyrannie, qu'elle cherchoit à confondre avec les aliénés. Ils vont en armes de loge en loge; ils interrogent les détenus, et ils passent outre si l'aliénation est manifeste. Mais un des reclus retenu dans les chaînes fixe leur attention par des propos pleins de sens et de raison, et par les plaintes les plus amères. N'étoit-il pas odieux, qu'on le retînt aux fers, et qu'on le confondît avec les autres aliénés? Il desfioit qu'on pût lui reprocher le moindre acte d'extravagance; c'étoit, ajoutoit-il, l'injustice la plus revolteante. Il conjure ces étrangers de faire cesser une oppression, et de devenir ses libérateurs. Des-lors il s'excite dans cette troupe armée des murmures violens et de cris d'imprécaction contre le surveillant de l'hospice; on le force de venir rendre compte de sa conduite, et tous les sabres sont dirigés contre sa poitrine; on l'accuse de se prêter aux vexations les plus criantes, et on lui impose d'abord silence quand il veut se justifier; il reclame en vain sa propre expérience, en citant d'autres exemples semblables d'aliénés nullement délirans, mais très-redoutables par une fureur aveugle; on replique par des invectives et sans le courage de son épouse, qui le couvre, pour ainsi dire, de son corps, il seroit tombé plusieurs fois percé de coups. On ordonna de délivrer l'aliéné, et on l'amena en triomphe au cris redoublés de *vive la République!* Le spectacle de tant d'hommes armés, leurs propos bruyans et confus, leurs faces enluminées par les vapeurs du vin, raminent la fureur de l'aliéné, il saisit d'un bras vigoureux le sabre d'un voisin, s'escrime à droite et à gauche, fait couler le sang, et si on ne fut promptement parvenu à s'en rendre maître, il eut cette fois vengé l'humanité outragée. Cette horde barbare le ramène dans sa loge, et semble céder en rugissant à la voix de la justice et de l'expérience.

Pinelius itaque non temere concepta opinione, sed obseruationibus inductus illam maniac definitionem dedit. Ad eius vero sententiam primi accessere b. *Reilius* b) (quem secuti sunt Cl. *Haindorffius* c), *Wildbergius* d), b. *Gruerus* e), *Fodereus* f), *Heinrothius* g), qui illam maniae simplicis nomine signauit, J. *Rehnmannus* h), nuperrime quoque b. *Masius* i) consentiens cum iis, quae a nobis contra *Henkium* in Annalibus literariis Heidelbergensibus disputata sunt) et ex philosophis Cl. *Hoffbauerus*.

Hoffbauerus quidem prius (Untersuchungen über die Krankheiten der Seele, Th. I. S. 257 sq.) *Pinelium* contendenter, aegrum vel in paroxysmo maniae mente captum non esse, impugnauerat, atque rem neutiquam ita se habere posse iudicauerat. Postea vero (ib. Th. 3. p. 305 sq.) maniam et delirium vtique natura inter se differre professus est et simul monuit, non minus maniam sine delirio quam delirium sine mania esse posse, nisi cito praeterlamentem phantasiae concitationem, quae omnibus maniae accessionibus communis sit, pro delirio habere velis. Praecipue vero in libro, qui Psychologie in ihren Hauptanwendungen auf die Rechtspflege inscribitur (p. 152 sq.) eam sententiam, ex qua mania species delirii esse dicitur, impugnauit et maniae sine delirio a *Pinelio* et *Reilio* descriptae accuratius studium adhibuit. Dixit enim:

-
- b) Fieberlehre, B. 4. S. 357 fg. Rhapsodien über die Anwendung der psychischen Curmethode auf Geistes-Zerrüttungen, S. 387 fg.
 - c) Versuch einer Pathologie und Therapie der Geistes- und Gemüths-krankheiten S. 403 fg.
 - d) Handb. der gerichtl. Arzneywissensch. p. 184.
 - e) Metzger's System der gerichtl. Arzneiwiss. Ed. 4. Ed. Gruer, §. 434.
 - f) Traité du délire T. I. T. I. p. 398 sq.
 - g) Lehrb. der Störungen des Seelenlebens, Th. I. §. 215.
 - h) In Harless Rhein. Jahrb. der Med. und Chir. B. I. H. 1. n. 11 - 12., qui casum notabilem ab ipso obseruatum communicavit.
 - i) Handb. der gerichtl. Arzneywissensch. B. I. Abth. 2. §. 397.

„Allein die Manie ist von dem Wahnsinn in psychologischer Bedeutung specifisch verschieden, und kann also so wenig eine Art „desselben seyn, als in einem Grade desselben bestehen, obschon „öfters beyde, die Manie und der Wahnsinn, mit einander verbunden sind, und die eine dieser Krankheiten die Folge der andern „ist. Denn dem Wahnsinn liegt immer ein Missverhältnis zwischen den Sinnen und der Einbildungskraft zum Grunde; daß hingegen in der Manie die Vernunft zu schwach ist, die Ausbrüche eines gewaltthätigen Zorns zu hindern, und der Kranke wider seinen Willen zu Handlungen, welche jene vielleicht missbilligt, fortgerissen wird“ u. s. w. Praeterea haec professus est (p. 156): „Ich würde es mir nicht so sehr angelegen seyn „lassen, auf diese Art der Manie, von der, meines Wissens, vor „mir niemand als Reil und Pinel geredet hat, aufmerksam zu „machen, wenn es hier nicht die Sache der Menschheit gälte. „Denn so lange man auf diese Art der Manie nicht Rücksicht nimmt, „wird man, wenn man anders konsequent bleiben will, Ungerechtigkeiten in der Bestrafung solcher Unglücklichen, die wegen „einer Handlung, zu welcher ihre Raserey sie fortgerissen, von „den Gesetzen in Anspruch genommen werden, begehen müssen. „Denn welcher Schluß ist alsdann natürlicher, als: dieses Subjekt „zeigt in seinen Urtheilen keine Verwirrung des Verstandes, also „kann seine Handlung nicht die Wirkung einer Manie seyn. Es „ist also als ein Verbrecher zu bestrafen, der seiner Handlungen „völlig Herr war.“

Ex philosophis post Hoffbauerum Cl. Schulzius k) hanc maniae speciem agnouit simulque notauit, in ea praecipue facultatem appetendi laesam esse atque neutiquam delirium aut melancholiam hanc perturbationem praecedere aut comitari, sed potius stimulis intestinis aegrum concitari et sine consilio ferri. Non minus Cl. Frie-

sius (psych. Anthropologie, §. 112-119.) *Pinelii* sententiam de mania sine delirio probauit atque huius accessiones cum iis hydrophobia laborantium et nonnullis hypochondriacorum, qui caeco impetu rapiuntur, bene comparauit.

Denique silentio praetermittere non possumus, b. *Ern. Platnerum* iam in programmata de *excandescentia furibunda*, quod prius quam *Pinelii* tractatus de mentis alienatione, anno nimirum 1800 editum est, propinquam cognitionem iracundiae morbosae et maniae demonstrasse ¹⁾. Esse scilicet genus quoddam iracundiae morbosae atque hanc perturbationem stimulus intestinos habere, eosque perpetuo vigentes et in humorum ac neruorum recessibus occlusos, quorum tam facilis sit ad exardescendum fomes, vt, si vel tantillum ignis admoueat, subito in flammarum erumpat. Illorum vero stimulorum ad iram impellentium et acrimoniam nonnunquam et perpetuitatem morbosam esse deprehendi; quod hanc vim habeat, vt homo insaniae sit proximus. Cuius vicinitatem cum hoc modo aliquis attigat, vt aequaliter a mania et ab iracundia distet: medium illud et ambiguum genus effici excandescentiae furibundae, quae iracundiam exsuperet aegrotatione, mania autem inferior sit, propter furoris temporarii breuitatem et intermissionem. Etenim in hoc genere non insaniam habere interualla sanitatis, sed sanitatem accessionibus insaniae interrumpi. Atque ex his quidem de statu mentis oportere aestimari; nam tentamina per interrogations et responsiones non posse non fallere, praesertim quum animus sedatus sit omnique vacuus commotione. Enimvero non solum ad criminum cognitionem, sed in primis etiam propter securitatem publicam, per magni interesse, hanc excandescentiam furibundam suis signis perspectam habere, cui non magis vitiosum arbitros poenas irrogare, quam alios ab eius audacia non tueri. In responso autem Ordinis

¹⁾ Cl. *Goodius* physiol. Syst. of Nosology p.279 - 282. et the Study of Medicine Vol. III. p. 133. maniam sine delirio ad *Empathema* (*Ungovernable Passion*) retulit et a mania separauit.

medicorum Lipsiensis de tali furioso, quod huic programmati adiunctum est, haec verba, quae ad maniam sine delirio omnino pertinent, leguntur: „dafs es allerdings eine Art des Wahnsinns (von Ge- „müthskrankheit) giebt, welche bei der besten Verfassung nicht „allein des Gedächtnisses, sondern auch der Urtheilskraft besteht, „ihren Sitz überhaupt nicht in dem Erkenntniss-, sondern in dem „Empfindungs- und Begehrungsvermögen hat, und, ohne dafs der „Verstand an sich schwach und zerrüttet ist, von einer, im Ver- „hältnis gegen desselben natürliche Kräfte, allzugroßen Lebhaftig- „keit der Empfindungen und allzugroßen Heftigkeit der Begehr- „nisse und Willenstätigkeiten herröhret; wobei insgemein ein phy- „sischer Reiz, z. B. eine äußerst wirksame Schärfe, verborgen „liegt, die von Zeit zu Zeit, bald durch innerliche mit der Ver- „dauung, oder auch mit dem Blutlauf zusammenhängende Ursachen, „bald durch die allergeringsten Gemüths- und Nervenbewegungen „erregt und bis zu dem Grade der Wuth entzündet wird, der alle „Leidenschaften und Handlungen der Aufsicht und Macht des Ver- „standes entziehet.”

Contra ea *Henkius* consurrexit atque maniam sine delirio neutiquam esse contendit. Ipse quidem in compendio med. for. §. 272. professus est, iudicium de mania saepius difficillimum atque tum præsertim maxima circumspectione opus esse, *vbi in paroxysmis huius morbi intelligentia minime laesa esse videatur* (wo die Anfälle der Tobsucht (scheinbar) mit ungestörtem Gebrauch des Erkenntnissvermögens verbunden vorkommen. Verumtamen haec verba addidit: „Da der Manie, wie jeder wahrhaften psychischen Krankheit, „Aufhebung des Selbstbewustseyns, folglich der Vernunft und Frey- „heit wesentlich ist, so kann es auch keine Wuth ohne Verkehrt- „heit des Verstandes und keine Manie ohne Geisteszerrüttung ge- „ben. Die Täuschung, welche zu jener unrichtigen Annahme An- „laß gab, beruhte theils darauf, dafs man nur einen einzelnen „Abschnitt einer aussetzenden Manie beobachtete und beurtheilte,

„ohne den ganzen Verlauf der Krankheit zu kennen, theils darauf, „dafs man übersah, der Wüthende habe wenigstens im Anfall „Vernunftgebrauch und Selbstbewustseyn verloren.“

Nuper vero hoc argumentum retractans (in Zeitschrift für die Staatsärzneik. 1822. H. 1. S. 1 fg. et in Abhandlungen aus dem Gebiete der gerichtlichen Medicin, 2te Aufl. 2tem B. S. 309 fg.) concessit quidem, in breibus paroxysmis maniae saepius remittentis et typum fixum non seruantis memoriam permanere, conscientiam non plane perturbari et aegrum non omnino mentis vsum amittere. Nihilo minus proxime haec verba adiuncta sunt: „Aber „es verlieren die Kranken, durch den beschriebenen, das Ge- „hirn ergreifenden, Proces, das *Selbstbewußtseyn* und werden „der Vernunft und der freien Selbstbestimmung beraubt.“ Quod ad aegrum, cuius *Pinelius* in historia morbi secunda mentionem fecit, adtinet, manifestum esse contendit, illum mania intermittente laborasse. Nam non nisi in lucidis interuallis sana locutum esse et vere iudicasse, et hoc tempore non desipientem visum vel reuera mentis compotem siue *liberum* fuisse; in paroxysmis vero mente non constitisse, sed libertate voluntatis priuatum fuisse etc. Deinde quidem fassus est, *Pinelium* vtique dixisse, aegrum suum vel in paroxysmis sana ratione vsum esse atque apte ad quaestiones sibi propositas respondisse. Neque minus tamen illam enuntiationem certam esse dubitat, cum vix sermo cum maniaco conferendus sit in ipsa accessione furoris, sed tantummodo tempore remissionis, quae vel post breue spatium sequi possit m).

m) Cl. Jos. Frank (prax. med. praecept. P. II. V. I. S. I. p. 717-718.) quidem monuit, fuisse aegros, qui reconditam saeuitiem et ferociam dissimulare et abscondere scirent, pro tempore de plurimis rebus sat rite disserendo, atque praeter casum secundum a *Pinelio* enarratum et illum, quem a b. *Gregory* obseruatum Cl. *Coxius* (prakt. Bemerk. über Geisteszerrüttung, p. 221-222.) tradidit, similem, quem ipse in nobilissima femina prope Vilnam vidit, me-

Hacce fere sunt, quae Cl. Henk^{ius} contra Pinelium eiusque adseclas disputauit. Subiiciendum iam nobis est, quae proxima vero videri possint. Quod igitur Henkⁱⁱ opinione adtinet, ad natu-ram maniae aequ^e ac aliorum morborum psychicorum pertinere per-turbationem mentis, defectum scilicet tam conscientiac quam liber-tatis, hoc primum monendum est, a nemine negatum atque ab ipso Pinelio eiusque adseclis intellectum et verbis expressum esse, fu-riosum arbitrio vii et libere agere non posse. Verum enim vero id potissimum quaeritur, an in casibus a Pinelio obseruatis maniae verum delirium (*Wahnsinn* in sensu angustiori) (in quo ideae per-turbantur et iudicia a communi sensu aberrantia feruntur, imagina-tionis effectus pro veris sensuum impulsibus habentur, iunctum sit, an haec mentis aegritudo versetur in vitio cogitationis, imaginatio-nis et intelligentiae, aut anne potius, quae Pinelii sententia est, in-instinctus et voluntatis vitio laborent. Prius vitium hic subesse, iis, quae Henk^{ius} disputauit, minime probatur. Nam si vel con-sciencia, vt ipse contendit, obscuratur, non tamen ideo credendum est, verum delirium adesse, cum non obseruentur ideae fixae vel phan-tasiae alienationes, quae impetum illum infelicem efficere pos-sent. Atque tunc adeo, vbi consilium aegros adeo non fallit, vt vel ipsi peruersam eorum, quae agunt, rationem intelligent et de iis conquerantur, tamen impetum, quo feruntur, vincere et sibi temperare non possunt. In quos valet illud *Ovidii* (metamorph. Lib. VII. v. 19.):

“Sed trahit inuitam noua vis: aliudque cupido,
„Mens aliud suadet. Video meliora proboque,
„Deteriora sequor.” n)

Etiamsi

morauit. Deinde tamen ea, quae Henk^{ius} contra Pinelium dixit, probauit.

n) Conferantur, quae de impetu eiusmodi morboso notauit Cl. Collega Mendius in Henke's Zeitschrift. Jahrg. I. H. 2. p. 267 sq.

Etiamsi aeger in paroxysmis vehementibus tranquillum animi sensum non seruet eiusque iudicium ratio non omnino dirigat ac moderetur, atque adeo nonnunquam desipiat et aliena loquatur, tamen et tunc haec maniae species originis modo et symptomatum illam comitantium ratione a vulgari, quam delirium praecedit et excitat, aut quae ex melancholia nascitur, diuersa est o).

Igitur non amplius admittenda est opinio, maniam gradu modo altiori a melancholia differre, cum obseruationibus *Pinelii* et aliorum hoc saltem efficiatur, maniam non semper e melancholia oriri.

o) Cf. *Hartmann* quidem (der Geist des Menschen in seinen Verhältnissen zum physischen Leben, p. 35.) ad sententiam, quam *Hoffbauerus* primum professus est, deinde vero mutauit (conf. supra p. 223.) accessit, postea tamen (p. 348.) fassus est, maniam sine delirio non a phantasie alienationibus effici, dicens: "Bei der Wuth „ohne wahrnehmbare Verstandesverwirrung sind es nicht die täuschen den Traumbilder der Phantasie, welche den Geist zu verkehrten Handlungen bestimmen, sondern es sind krankhafte Gefühle, welche von starken Affectionen des Gemeingefühle und dessen Organen ausgehend, die Seele heftig ergreifen, ihre ganze Aufmerksamkeit auf sich hinlenken, alle Reflexion auf ihre übrigen Verhältnisse unterdrücken und eben dadurch den Verstand zwar nicht „verwirren, aber doch eine Zeitlang ganz außer Thätigkeit setzen. „Die zerstörenden Ausbrüche von Wuth, welche dabey Statt finden, sind wohl zum Theil Wirkungen des heftigen Strebens der Seele, sich von einem unausstehlichen Gefühle zu befreyen, zum Theil aber auch Folgen des, in den Organen der Willkür zu hoch gesteigerten Lebensprocesses, der dann wieder durch ein eigenes dunkles Gefühl, oder durch eine Art von Instinct, zu gewaltsamen Bewegungen auffordert, um dadurch gleichsam entladen zu werden." etc.

Veringius (psych. Heilk. B.2. Th.2. p.261.) credidit, *Henkium* argumentis idoneis probasse, maniam sine delirio non esse. Attamen simul concessit, illam speciem propriam exhibere, quae singulariter animadversionem desideret, atque maniam fatuitati partiali (?) iunctam esse contendit.

Quin etiam Cl. Henkius rationem singularem casuum, quorum ill. *Pinelius* mentionem fecit, agnouit, illos scilicet nomine maniae *intermittentis*, cuius decessiones *inordinatae* sint (einer aussetzenden Manie mit unregelmäfsigen freien Zwischenräumen) comprehendens. Hanc vero potius ab affectione gangliosi systematis, quam a vitio encephali protopathico oriri contendit p). Illos vero casus non minus ab iis, in quibus maniae periodicae delirium manifesto iunctum est, quam ab iis, vbi delirium continuat, maniae vero accessiones per circuitus redeunt, distinguendos esse putamus.

Ceterum patet ex citato Henkiani compendii med. for. §., sicut ex iis, quae idem in commentationibus med. for. de hac re proposuit, ipsum maniae genus admittere, in cuius paroxysmis intelligentia non perturbata esse videatur. Esse autem morbos mentis, in quibus signa desipientiae deficiant et aegri speciem sanitatis in vsu rationis praebeant, hoc non exemplis a *Pinelio* et *Reilio* traditis probari credit, sed iis potius, quae *Hoffbauerus* obscurum quidem et miro nomine *des Anreizes durch einen gebundenen Vorsatz* in medium protulit. Haec respiciens dixit Abh. II. 353.: "Es „ist gewiss, daß die Freiheit oder Unfreiheit des Menschen nicht „immer nach den scheinbaren Merkmalen des ungestörten Ge-„brauches des Verstandes bestimmt werden kann.“" Ii quoque causas, quos b. *Platnerus* nomine *amentiae occultae* proposuit, ipsi argumento sunt, esse animi alienationem, quae arbitrium pervertat, speciem tamen sanae mentis praebeat (Zustand der Unfreiheit bei anscheinend ungestörtem Gebrauch des Verstandes). Neque mi-

p) "Bei einer aussetzenden Manie, dixit in Abh. II. p. 322., in welcher plötzlich so heftige Anfälle von kurzer Dauer mit völlig lichten Zwischenräumen wechseln, scheint nicht ein anhaltender und primärer krankhafter Zustand des Gehirns zum Grunde zu liegen, sondern eine vom Gangliensystem anhebende kranke Thätigkeit, die das Gehirn plötzlich ergreift und vielleicht eben so plötzlich wieder verlässt." etc.

nus de cupiditate incendium faciendi (*Brandstiftungstrieb*) agens (Abh. B. 3. S. 233.) contendit adeo, defectum symptomatum pathognomonicorum mentis alienationum non magis quam signa praesentia, quibus conscientia et vsus rationis probari videtur, medicum fallere debere; esse re vera mentis alienationem, quae arbitrium tollat, speciem tamen saepe mentis praebeat (*Unfreiheit bei anscheinend nichtgestörttem Verstande*), hominesque ea affectos non solum antequam incendium fecissent, sed et cum ipsum facinus infelix committerent, non incolsum ac temere egisse etc. Atqui mentis alienatio, in qua arbitrium aegri pervertitur, isque instinctu vel impetu ad facinora patranda impellitur, etsi laesio intelligentiae non adesse videatur, etiam ex *Pinelii* sententia maniae sine delirio propria est. Quo magis miror, *Henkium* hanc maniae speciem negare, cum cupiditatem incendia faciendi admirerit, etsi plurima exempla, quae ad hanc referuntur, magis incerta et dubitationibus obnoxia sint, quam ea, quibus *Pinelius* adductus est, ut illam maniae speciem proponeret.

Ex his itaque colligitur, mancam esse descriptionem maniae; nisi simul illius speciei, quam *Pinelius* proposuit, ratio habeatur. Eadem vero singularem quoque animaduersionem desiderat in quaestionibus difficultissimis, quae de sanitate mentis in foro saepe proponuntur. Nam si eam non respexeris, plures casus tibi occurrēt, qui ad genera mentis morborum vulgo recepta referri non possint. Quod nuper etiam illo casu probatum est, quem a Cl. *Hinzie* obseruatum et enarratum Cl. *Henkius* iis, quae ab ipso contra maniam sine delirio (Zeitschr. f. die Staatsärzneikund.) disputata sunt, subiecit. *Hinzius* enim species insaniae, quae à medicis et philosophis vulgo proponuntur, respiciens, *melancholiā* nempe, *moriā* et *maniam*, haec verba addidit: „Unter diese angeführten Hauptgattungen der psychischen „Krankheiten lassen sich gemeinlich alle in der gerichtlichen oder „praktischen Medicin vorkommenden Fälle subsumiren. Indessen

„paßt der zur Beurtheilung vorliegende Gemüthszustand des Ernst „G. keineswegs in die Kategorie der oben angeführten Krankheiten des Seelen-Organs. Hier hilft uns die vervollkommnetere „ärztlich-philosophische Bearbeitung der psychischen Krankheiten „aus der neueren Zeit einige Schritte weiter vorwärts zu machen, „welche zum Ziele zu führen scheinen. Es giebt nämlich eine „Krankheit des Seelen-Organs, welche *Reil eine Wuth ohne Verkehrtheit des Verstandes, Paalzow, Hoffbauer Manie ohne Geistesverücktheit, Henke eine remittirende Manie, eine periodische Verstandesverrückung* nennen. Diese psychische Krankheitsform (deren Beschreibung und characteristische Zeichen hier nach „*Reil's Schilderung mitgetheilt werden*) ist genau dieselbe, woran „der in Untersuchung befindliche Ernst G. zu leiden scheint. — — „Vergleicht man diese Krankheits-Schilderung mit den Zufällen „und der Krankheitsform des von mir untersuchten Bauers G., so „wird man zwischen beiden Zuständen die größte Aehnlichkeit, „und meine Behauptung sehr wahrscheinlich finden, daß die Seelen-„krankheit des mehrerwähnten Ernst G.

„eine remittirende (richtiger intermittirende) Manie, oder „eine nach periodischen Typen eintretende Verstandes-„Zerrüttung genannt werden müsse.”

Ceterum *Henkius*, cum ex eius opinione nostrates nonnunquam *auctoritates*, praesertim exterorum, pluris aestiment quam argumenta, monendum esse creditit, non solum Cl. *Esquirolium* eam mentis aegritudinem, quae Gallis *folie raisonnante* dicitur, ad maniam intermittentem retulisse et pro lucido eius interuallo habuisse q), sed et *Pinelium* ipsum in secunda tractatus sui de

q) Addere potuisset, *Esquirolium* adeo fere omnes casus maniae sine delirio, qui a variis auctoribus memorati sunt, ad eam delirii speciem retulisse, in qua mens in vna tantum idea defixa est. Vid.

alienatione mentis editione, quae ann. 1809. prodiit, p. 138. a sententia, quam antea de mania sine delirio proposuisset, recessisse. Atque hunc id his verbis significasse: "J'ai reconnu seulement, que „la manie sans délire n'étoit point une espèce, mais une variété, „puisque ces aliénées, dans le moment où ils raisonnent avec justesse, „donnent d'autres marques d'égarement dans leurs actions et offrent „d'autres caractères, propres aux maniaques." Eam igitur *Pinelii* sententiam a germanicis medicis et psychologis adhuc acriter defendi, quam ille medicus insignis dudum ut falsam retractauerit.

Exprobrationem a Cl. *Henkio* hic factam, nostrates nonnnunquam auctoritates exterorum pluris aestimare quam argumenta, ad nos quidem non pertinere, ii facile concedent, qui scripta nostra qualiacunque et ea inprimis, quibus medicorum quorundam exterorum, *Broussavii*, *Tommasinii* etc. placita impugnauimus, nonrunt. Illam igitur missam facientes, hoc solum pace Cl. *Henkii* monere volumus, ipsum *Pinelii* verba perperam intellexisse et falsam eorum interpretationem proposuisse. Nam ex eo, quod *Pinelius* maniam sine delirio nonnisi *varietatem* maniae esse declarauit, neütiquam colligendum est, eam ab hoc viro non amplius agnosci. Certe idem vel in sexta *Nosographiae* suae editione, quae multo serius quam secunda tractatus de mentis alienatione editio, anno nempe 1818 prodiit, et sententiam, quam de mania in genere prius pronuntiauerat, retinuit, et maniam sine delirio inter species maniae retulit, atque, eam reuera inueniri, iisdem, quibus antea vsus erat, argumentis probauit q). Haec atque alia

Dictionnaire des sciences med. sub voce Manie et *Jacobi's Sammlungen für die Heilkunde der Gemüthskrankheiten*, B. I. p. 388-389.

q) Conf. eius verba supra p. 220. citata et ea quae p. 103-105. eiusdem *Nosographiae* leguntur. Ibidem vero p. 107. dixit: "Le jugement pa-

argumenta nos mouerent, vt hanc maniae speciem in posterum agnosceremus, etiam si *Pinelius* a sua sententia discederet.

„rait quelquefois entièrement oblitéré pendant l'accès, et l'aliéné „ne prononce que des mots sans ordre et sans suite, qui suppo- „sent les idées les plus incohérentes. D'autres fois le jugement est „dans toute sa vigueur et sa force; l'aliéné paraît modéré; il fait „les réponses les plus justes et les plus précises aux questions des „curieux, et si on lui rend la liberté, il entre dans le plus grand „accès de rage et de fureur, comme l'ont prouvé les déplorables „événemens des prisons au 2 Septembre 1792. (an 1er de la républi- „que). Cette sorte de manie est même si commune, que j'en ai „vu huit exemples à-la-fois dans l'hospice de Bicêtre, et qu'on „lui donne le nom vulgaire de *folie raisonnante*.”

COMMENTATIO
DE
HYMENE SEU VALVULA
VAGINALI.

IN CONSESSU SOCIETATIS DIE XXII. JUL. MDCCXXVI. RECITATA

A

LUD. JUL. CASP. MENDE.

Anatomia et hominis et bestiarum physiologiae fundamentum iure habetur. Antiquitati igitur, cui antistitum sacrorum mandatis, populorumque moribus ac institutis, ne hominum dissecarent cadas-
vera, interdictum, vitae humanae rationem, quum partium quibus sustinetur nec structuram nec functionem recte perspexisset, occulta-
tum fuisse patet. Animalia omnino pristinis quidem secabantur temporibus, quoniam ea autem quae in iis inuenierant veteres constitutionis ac formae vitaeque generis in homine et brutis diuersitate neglecta ab his ad illum, cuius structuram et habitum nescie-
bant, simpliciter transtulerunt, iisdem ex quibus nobis deinde tan-
tum lucis affulsit profundius in errorem inducebantur.

Quod ea vero iam pridem elapsa aetate maioribus, id nobis etiam hodie adhuc contingit, ut constructione partium organicarum vel non detecta vel per classes, genera ac species animantium minus persecuta functionem earum enucleare nequeamus, quod inter

reliqua corporis humani instrumenta, quorum usum et modum agendi ignoramus praesertim glandula thyroidea et thymus probant.

Fingunt plerumque, vbi vera rei cognitio deest, homines sibi met ipsi sententiam quandam opinatam, quae, licet non unico fulciatur argumento, ab hoc tamen ad illum et ex uno in alterum lustrum transmigrat et sanctioris fidei apud omnes aestimatur. Sic vaginae muliebris in puellis huicmodum non defloratis introitum claustro virginali, seu hymene, opertum esse et antiquiores et recentiores scriptores, ne, vti dicunt, inter tot libidines virginis corporis contaminatio lateat, vaticinantur, eoque bestias ideo carere alta voce clamant. Postea autem plures, et inter illos perillustris Blumenbach et celeberrimus antecessor Osiander hanc rem subtilius perscrutati sunt, et origini structurae ac formationi apparatus, quo infimum vaginae lumen in virginibus angustatur accuratius explicandis operam et studium impenderunt, nec eum in brutis, quamuis ad aliam in iis normam formatus sit, penitus desicere, docuerunt. Quorum clara vestigia pressurus Vestra Viri illustres! venia, hanc materiam diligenter continuabo, atque meas in diuersae aetatis puellis et in animalium quorundam domesticorum feminis institutas de ea obseruationes, annexis meis de origine, structura et usu hymenis, qualescumque sint, annotationibus publici iuris faciam.

I. Hymen in sexus sequioris homine.

A. Genitalium conditio in foetibus feminis ac neonatis puellis.

Partes sequioris sexus genitales inter ea organa habentur, quae ab prima infantia usque ad pubertatem minimas fere incremento patiuntur mutationes, nihilosecius tamen nos eas dum perscrutari sumus in qualibet hominis aetate ad figuram, situm ac extensionem alias quam in praecedente reperimus.

In feminino ex primis grauiditatis mensibus foetu, in quo partium genitalium externarum imperfecta conformatio sexus differentiam

tiam extrinsecus certo cognoscere non sinit, internae ut uterus cum tubis, primia ovariorum rudimenta, armato praesertim oculo clare cernuntur. Matricis in secundo grauiditatis mense superior pars, seu fundus, instar filii albi aduersus parietem pelvis posteriorem transuerse situs duas, unam scilicet ex quilibet latere, eiusdem structurae ac coloris graciliores autem lineas pariter filiformes ad annuli abdominalis regionem demittit, ligamenta nimirum uteri rotunda, quae in tenerima aestate, ut dein per totam vitam omnium iam quibus ipse subiicitur mutationum partem suam capiunt. Inferior uteri pars et vagina, quum ex massa pulposa aut gelatinosa, quae distinctam ac constantem formam non admittit, consistant, nec inter se nec ab circumiacentibus partibus perspicue discernuntur. Tubae Falloplanae ab extremis finibus eiusdem lineae albae, quam fundum uteri praesentare diximus, in utroque latere egrediuntur, et subtilis ac candidae taeniae similes ab superiore ad inferius flexuram faciunt postea vero pone ovaria, quae in utraque spinae dorsi parte ad longitudinem erecta iacent, ascendunt, usque tandem absconduntur. Ab puerorum genitalibus internis, quibuscum primo intuitu omnino commutari queunt, haec tenerima puellarum praecipue ligamentis rotundis distincta, quae non ut funiculi spermatici ab testiculis ad prostata descendunt, sed ab utero, cuius forma simulac comprehenditur alia est quam ea prostatæ, in cauum pelvis versus parietem eius anteriorem. Penis virilis et clitoris inter partes sexuales eae sunt, quae formam ac structuram, hactenus conspicuae, easdem fere habent, propterea hanc ab illo distinguere vix poteris, nisi in rimam vulvae attendas, quae clitoride quidem, labiis minoribus praeputio eius intime connexis detracta, ad maximum partem obtegitur, subter ea tamen semper paululum hiat. Coles hoc tempore plerumque altior clitoride exstat, et pensilis quamquam erectu tamen facillimus est; dum tollitur autem in scroto, compresso quidem ac fere plano, nunquam vero, excepto praeternaturali statu, in duas partes separatas diuiso, ullum cuius-

dam aperturæ vestigium relinquit. Quibus ex omnibus iure colligendum opinionem quorundam scriptorum nullum foetum ab origine femininum non esse, vnam embryonum partem dein vegetiori autem efformatione et incremento in viriles transire, alteram vero in gradu efformationis inferiore retineri, feminasque manere, itidem aliorum foetus tenerrimæ aetatis charactere ac qualitatibus sexus prorsus carere, ad fictitias referendam esse.

Tertio grauiditatis mense filum, quod fundus vteri est, in media parte parum intumescit, tubae extensiores ad latus utriusque ovarij externum magis prominent, quae autem ipsa situm obliquum obtinent, extremis suis superne sitis obtusioribus ab se invicem remotis, inferioribus et tenuioribus autem appropinquatis. Corpus, collum et orificum vteri ob substantiae suae teneritudinem circumscriptam ac stabilem figuram hoc aetatis mense non receperunt, ideoque ea ab partibus vicinis et praesertim portionem s. d. vaginalem ab superiore vaginae parte, in quam modo inobseruabili se subducit accurate distinguere nequeas. Inferior cunni portio canali perangusto perforatur, qui mollibus quidem ac fere gelatinosis sed superficie tamen rugosa insignitis parietibus, muco viscido et albido paululum extensis, coeretur. Rima vulvae labiis minoribus, ad inferiorem maiorum commissuram protractis, inter se autem distantibus formata, ad maximam partem clitoride contingitur.

Quarto mense omnes partes sexuales et externae et internae perspicuae sunt. Vterus triangularis cernitur, sed ab anteriore ad posteriorem superficiem complanatus et superne instar membranae compressus. Ovaria extremitate superiore magis magisque ad latera subsidunt annexis in externo margine tubis, quae integre cum fimbriis ostium eius abdominale circumvelantibus in conspectum veniunt. Portio vteri inferior cum media et superiore comparata extensior, et magis cylindrica in fundum vaginae apice subrotundo medio rima transuerse fisco protenditur. In vaginae parietibus rugosis ab omni

latere compressi et angustissimi canalis limine inferiore integer hymen dissecto antea perinaeo labiisque minoribus inuicem ab se remotis nunc primum visui patet. Consistit hoc septum, quo partes genitales externae ab vagina seiunguntur, ex duplicatura internae eius membranae, quae ad formam ouata ab ostio urethrae incipiens versus commissuram inferiorem labiorum vuluae descendit, in medio autem arctissima ad longitudinem fissa rima in duas aequales plicas diuiditur. Attentione dignum est ut urethra cum suo orificio eodem tempore quo hymen sub oculos cadit, perfecte conformata conspiaciatur, ex qua aequali praesentia non malo iure relationem quandam inter hanc et illam admittere queas. Idem mucus gelatinosus, qui in praecedente mense parietes canalis vaginae paululum extendebat, nunc maiori copia non solum hunc sed etiam cauuni vteri praesertim inferiorem eius partem implet, quum superior ob suam angustiam non nisi minimam eius portionem recipere possit. Sexto grauiditatis mense internas partes generationi inseruientes elegantissime effinxit natura, iisque peculiarem et ad partus terminum vix variabilem formam tribuit. Ovaria cum caeteris organis sexualibus comparata, maiora quam dein post partum, situm quidem obliquum porro obtinent, magis tamen horizontalē quam perpendicularē apicibus suis ad uterus versis; tubae cum fimbriis et uteri ligamenta tam rotunda quam lata ab partibus vicinis optime distinguuntur. Vterus longiusculus, et in media et superiore parte paulum crassior, interne maxime rugosus et materia gelatinosa vndique repletus infima sua portione multo ampliore profundius in vaginam pendet, ore suo autem peculiari constructione, scilicet exili eminentia, denticulo simili, in medio labii anterioris prominente, quae impressione sibi apta in posteriore labio recipitur, firmiter clausus. Vagina superiore parte paululum amplior, inferiore vero contractior parietibus suis maxime rugosis, inuicem ad se compressis, sed ob mucum gelatinosum quo separantur, inter se non concretis, magis inflexa et protracta descendit

et valuulam vaginalem prae se protrusam ad rimam inter vtrumque labium vuluae minus hiantem deprimit, quo sit, vt spatium inter hanc et illam, quod nomine atrii vaginae salutamus, arctius nunc quam antea contrahatur. Orificio vrethrae, quae recta linea sub ossium pubis coniunctione seu symphysi decurrit, immediate super introitu ad vaginam apertum, igiturque desuper hymenea praeminet, eoque non clauditur.

In foetu maturo vterus eandem fere formam ac situm, quae ad pubertatis initium obtinet, substantiam autem magis compactam, et, nisi oculi me fefellerunt, ex tenerrimis fibris compositam offert. Propria sua interna membrana mucosa multis duplicaturis transuersalibus ad margines crenatis aut dentatis in cauum prominet, atque id gelatina albida ac glutinosa plenum, valde coarctat. Pars inferior, canali colli vteri longissimo ac tenuissimo nihilosecius tamen ea gelatina cuius mentionem fecimus repleto, transfixa, praesertim autem portione sua vaginali, non solum maior est, quam antea, sed superiorem etiam extensione superat. Os labiis suis versus finem deficientibus et tenerrimis, fissura ampliore oculis nudis satis conspicua, latius quidem nunc apertum, nihilosecius tamen apparatus quo antea firmius praecludebatur, ex tribus plicis longioribus, quae ex canale colli vteri ad internam superficiem labiorum orificii descendunt, duabus nempe posterioribus sulcum oblongum inter se relinquentibus, et vna anteriore quam iste sulcus recipit composito, contractum. **Ab** hisce plicis longitudinaliter decurrentibus ad vtrumque latus aliae transuersae discedunt, quibus fit vt ipse fundus sulci posterioris striis transuersalibus arcte completus sit. Arbor sic dicta vitae ex iisdem plicis composita, sed ouula quae a Nabothio nominantur, glandulae nimirum muciferae, adhuc desiderantur. Vagina muliebris in duas inter se diuersas sectiones, superiorem breuiores, perpendicularem ac spatiosiores, et inferiorem longiores ad rimam vuluae autem oblique decurrentem et magis contractam bene distinguendas diuisa, in toto suo ambitu interno rugosa qui-

dem, hoc vero proprius sita quatuor rugarum columnis ab totidem internis parietibus, superiore, inferiore et duobus lateralibus, prosilientibus, et tegumento quasi papilloso vestitis, adeo coarctatur, ut canalis quo transfigitur formam ex iis quadrangularem recipiat. Interstilia inter has columnas eadem materia glutinosa implet, qua totum vteri et vaginae cauum refertum esse diximus, quominus haec vero effluat vtrumque crus valvulae vaginalis in quolibet introitus ad vaginam marginis latere affixum, impedit. Ambo crura hymenis basi sua ipsis rugis adhaerent, margine autem libero versus medium cunni aperturam assurgunt, et fossas inter columnas, ut gelatinam contineant apertas, operculorum instar obtegunt.

Pinaeus, qui ex quatuor carunculis myrthi baccas referentibus in quatuor sinus pudoris virginum angulis, in singulis videlicet singulae positis, hymenem compositum esse contendit, hasce rugarum columnas duplicatura membranacea qua iunguntur vel praetermissa vel iam detrita absque dubio pro valvula vaginali habuit, quod ex descriptione eius ab ipso viro celeberrimo data clare cognoscitur; hunc vero externam figuram hymenis in tenerrimae aetatis puellis bene nosse imagine eius depicta et libro suo "de virginitatis notis, graviditate et partu a)" adiecta, quac etsi rudis fida tamen est, probatur. Rugarum hae quatuor columnae eam sane partem carneo-verrucosam hymenis *Garengeoti* repraesentant, quam basin membranaceae per omnem ambitum efficere vir celeberr. affirmauit.

Hymen ipse, sicuti nos eum descripsimus, formam suam ouatam et in medio longitudinaliter fissam, ita tamen ut rimæ non ad inferiorem commissuram pateat, omnino adhuc seruat, sed alium nunc in relatione ad labia minora et maiora vuluae situm habet quam antea, quum maiori quod cepit incremento, rimæ vuluae retractis labiis minoribus, quae extremis suis inferioribus maioribus versus dimidiam longitudinem accretae sunt, his ipsis autem maioribus ab vtro-

a) Lugduni Batavorum 1650, p. 50. 52.

que latere ad medium protensis adeo appropinquetur, vt in neonata puella, viua ac vegeta quae, vt solent, expansis cruribus in dorso iacet, proxime pone eam, scilicet vulvae rimam conspicatur.

Integro mense post partum vterus praesertim si ouariis comparatur, longe extensior quam in neonatis, et fundo ab anteriore ad posterius crassior, ad cauum vero per se et ob parietes nunc laeuiores ac in ipsum minus prosilentes, spatiösior videtur. Substantiae suae intima structura euidentius fibrosa se offert. Si in medio eam a fundo ad portionem vaginalem et a quolibet tubae ore interno pari intervallo in longitudinem perscidisti fibrillas ab superiore ad inferiorem partem recte decurrentes armato oculo eo promtius conspicias, quo lumina vasorum, dein illam perreplantia, angustiora adhuc sunt, easque non disturbant, quas autem musculos esse dicere tamen nequeas, quum hi largiori sanguinis influxu, igiturque in adultis, et non nisi statu grauido ex iis modo formentur. Vaginae superior pars ad inferiorem breuior et spatiösior, haec vero asperior, et quatuor rugarum columnis vt antea insignis, quibus introitus in vaginam arctior fit quam ipso hymene. Cauitates, quas omnes hae partes inter se sinunt, coalescentibus parietibus certe obturarentur, nisi muco gelatinoso crebro a nobis memorato constanter expansae, qui ex ea causa etiam in earum formatione maximi momenti habendus.

Status hic genitalium tenerimae aetatis puellarum quem descripsimus, is sane est qui quum quotidie, omissis minutioribus mutationibus, videatur, naturalis vel consuetus illorum iure nominatur, hunc vero vt ceterae corporis humani partes, multis aberrationibus subiici optimorum scriptorum relationibus non minus quam propriis nostris obseruationibus satis constat, quas quatenus ad hymenem pertinent hodie proponere sufficiat. Est autem id quo hymen in foetu ac recens natis a naturali statu recedit attentione praeципue dignum, quia hoc tempore adtrectationibus externis non ex-

positus est, aberrationum suarum igitur species naturae duntaxat lusu efficiuntur. Sequentes sunt quas ex hisce ipse vidi, et ad maximum partem in egregia collectione anatomica Regis munificentia nobis donata conseruo. In puella in Xenodochio Regio obstetricio hic florente recentissime natâ hymen rima non fissus supra ostium vrethrae ascendebat, et non nisi pere exiguo foramine transfigebatur, ex quo vrina non sine sanitatis et vitae amittendae periculo, molestissime et modo guttatum efflueret. Cultro hoc vitium congenitum et omne ex eo ortum periculum cito ac tuto remotum.

Altera species aberrationis valvulae vaginalis in nostro museo asseruata, eam vt plicam sémilunarem ab inferiore liminis vaginae margine pone fossam nauiculariem, quae inferior et excavata pars atrii eius est, sic ad medium adsurgentem offert, vt inferior dimidia pars aperturae ea operiatur, altera tamen superior non nisi cunni rugis in eam prominentibus claudatur.

In tertio exemplo, quod pariter apud nos seruatur, hymenis ad substantiam, non ex sola membrana interna vaginae sed ex cutis prolongatione compositi, duplaciem aperturam in vagina simplici habemus. Rima qua plicae eius separantur, modo consueto ad longitudinem decurrentes, hoc casu transuerse fissa magisque expansa est, et septo longitudinali in duas aequales partes diuiditur. Eadem haec formatio plerumque ad annos pubertatis perdurat, quinimmo non impedit quo minus femina eo vitio maculata concipiatur, postea vero in partum enixura caput foetus in exitu retinet. Ego ipse hoc septum in xenodochio nostro obstetricio ex genitalibus puellae viginti sex annorum impudicae et libidinosae consuetudini antea deditae, durante partu, cum capiti prorumpenti viam clauderet excidi, et non exiguis numerus trabecularum eiusdem originis membranacearum, quas celeberrimus antecessor feminis sub vltimis ad partum doloribus exsecauit et dein in spiritu vini conservavit in museo nostro spectaturis monstratur.

In quarto exemplare, quod nos habemus, inferior pars hymenae adeo extensa est, ut expansionem sacciformem ex labiis vulvae minoribus iusto longioribus existantem efficiat. Apertura non, ut in aliis, rima est, ab superiore ad inferiorem angulum, qui hoc casu non existunt, in longitudinem decurrentes, sed magnum foramen superne apertum. Duas species huius difformitatis in museo nostro reperies et in vtraque substantiam hymenis eandem labiorum minorum, quae praesertim in recentissime asseruata vasis sanguiferis laticem rubrum continentibus manifeste perreptatur.

B. *Hymen impuberum ac puberum.*

Genitalium in puellis ante pubertatis annos morte abreptis accuratiis inquirendorum raram occasionem habui, in iis autem quae cultro meo subiiciebantur ratione hymenis, praeter profundiores atque abditiores locum quo sedet, qui ab maiore incremento partium circa atrium vaginae et vulvae rimam sitarum, dum ipse paulo minus increscit, pendet, nihil fere notatu dignum obseruauit. Puella tamen septem annos nata, vitam degens morbo autem scrophuloso vexata hymenis defectum mihi obtulit. Inter caetera morbi symptomata misella continuo muci effluxu ex genitalibus mox spissioris mox tenuioris, nunc gelatinosi et albidi, tunc vero flauoiridis ac purulenti cruciebatur, quamquam ab prima infantia sub oculis prudentis ac prouidissimae matris vixerat, et vlla externa irritatio partes suas genitales violare, imo tangere non potuerat. Fontem humoris excreti ut certius detegarem, partes ex quibus defluebat diligenter inspexi, easque iusto laxiores, extensiores ac magis dilatabiles, et absque hymenis vestigio vidi. Vagina quidem rugosa fuit sed mollis et lubrida, et in limine suo paulo contractior nec ullum caruncularum myrtiformium indicium habuit. Vtrum defectus hymenis inter causas effluuii mucosi ex vtero et vagina habendus, an ipse inter sequelas morbosas peruerse et auctae secretionis numerandus, quae absque membranorum

vaginae

vaginae internarum laxitate et destructione admitti neguit, decernere non audeo, sed ab vero non prorsus discedere crederem, permagnam materiae mucosae copiam quae ex solo vaginae atrio profluere certo non potuit, ab parietibus internis vteri et vaginae nec hymene nec materia gelatinosa, quae hoc deficiente libero effuebat, contra aëris influxum munitis, ad maximam partem secretam esse.

Virginibus marito maturis quae iam saepius fluxum menstruum absoluunt vagina ab anterieore ad posterius compressa est, ad latera autem magis extensa ac minus rugosa, hymen vero ad eius ambitum adeo retractus ut saepius in medio non rimam sed foramen longiusculo rotundum relinquat cuius limbus inferior magis prominet quam superior et lateralis. Aperturam hanc in statu regulari semper ampliorem vidi quam ipsum aditum in vaginam columnis rugarum contractum. Dolor in primo cum viro congressu matrimoniali et sanguifluxus ex genitalibus qui eum comitari solet, minus ab ruptura hymenis quam ab violenta extensione ipsius vaginae pendet, iisque vero quae laxiorem cunnum habent, illaeso hymene, desunt. Carunculae myrtiformes nec semper existunt, nec in omni casu originem suam ex reliquiis disrupti hymenis trahunt. Videntur interdum in virginibus non defloratis, sed in genere saepius quam existunt, desiderantur.

Insolitae hymenis absentiae valuula vaginalis integre clausa opposita est, cuius memorabilem casum obseruauit. Membrana cutis similis in virgine viginti annos nata, vegeta ac bene formata sanguine menstruo, excreto quidem sed quia effluere non potuit in cauo vteri et canali vaginae accumulato, in tumorem globosum colore ex fusco liuidum et magnitudine caput infantis neonati superantem; expansa, sed basi sua limini vaginae affixa ex rimâ vuluae propendebat. Quum haec virgo sanguinis in genitalibus stagnantis pressione male afficeretur, et vagina clausa ab matrimonio quod inire voluit retinebatur auxilium petiit. Hymen

occlusus duabus lineis inter se transuersis ad similitudinem literae X., vt olim a *Celso* iam commendatum, incidebatur, et labia eo formata ad maximam partem exsecabantur, recens vulnus autem inmissio implicito in longitudinem linemento extendebatur, quibus auxiliis effluxus sanguinis, retractio hymenis, et introitus vaginae apertus efficiebantur. Dolor quem puella sub excisione querebatur et sanguinis stillicidium ex vulneris marginibus neruorum vasorumque sanguiferorum in hymene praesentiam sub ea conditione, vt non ex sola epidermide sed vera cuti compositus sit, probant. Eadem hanc aberrationem hisce diebus vir clarissimus et collega ac amicus aestumatissimus *Langenbeck* vidit, similiq[ue] curationis methodo correxit.

Bis in cadaueribus virginum adultarum, quarum castitatem non solum ratio morum sed praecipue etiam imperfectus ac fere infantilis externorum et internorum sexualium organorum status egregie confirmabant, defectum hymenis conspexi. In vtroque casu epidermidis duplicatura in vaginae limine omnino existebat, sed tam parca ac gracilis vt magis plicula tenuissima quam valuula videretur, vagina caeteris partibus arctissima. In aliis exemplis hymene laxiori pendulo et late aperto vagina etiam ampla et minus rugosa fuit. Marita quaedam vita adhuc laetans descripto hoc modo formata nullum, vt maritus mihi dixit, in primo coitu sensit dolorem, nec effluvium sanguinis ex genitalibus in eo experta est. Vexabatur haec femina, quae, nullum hucusque partum ediderat, iam ante matrimonium per plures annos fluore ex genitalibus mucoso, sic dicto albo, qui praeter constitutionem universaliter laxiorem, speciales causas, vitam molliorem ac sedentariam et fucolorum abusum habuit, de quo sanando consilium medicum ex me petens explorationi obstetriciae se subiecit. Argumenta ponderosiora me impellunt, vt statum descriptum hymenis et vaginae quem in hac femina memorato cognitionis auxilio reperi, in multis puellis aetate proiectioribus et valetudinariis ce-

teroquin castissimis saepissime obuenire, easque igitur, si viro sedant doloribus et sanguisfluxu in primo congressu vacare, id vero prae ceteris in medicina forensi non leuioris momenti habendum esse crederem.

Hymenem euidenter duplicem in cadauere virginis viginti quatuor annorum infelicissimo casu lapsus ex granario in paumenum occisae vidi ac depingi b) curauit. Introitus in ipsius vaginam modo consueto ac regulari plica duplo ac in medio rima fissaa munitus, ante eam vero altera duplicatura semilunaris membranacea margine crenato eam cingebat, in inferiore parte magis protracta in superiore autem ad interiora recedens, hanc vero valvulam ordinarie perexiguam nunc autem praeter ordinem auctam qua fossa nauicularis interdum ab reliquo vaginae atrio seiungitur non malo iure haberis, putarem.

C. *Hymen in vetulis.*

Fluxu menstruo ex senectute cessato genitalia et externa et interna in vetulis collabuntur et ad statum fere infantilem redeunt, excepto hymene, qui haud raro adeo increscit ut in omnibus suis dimensionibus maior fiat et marginibus externis plerumque dentatis ex rima vuluae emineat. Sequitur in eo, ut credibile est, istam naturae legem ad quam genitales partes, annis maturis ab generatione impeditae, in senili aetate vario modo deformentur. — Exemplar tale hymenis vetulae sexagenariae in nostro museo asseruatur, sed id non ex ea virgine (octoginta annos nata) excisum, cuius hymenis imaginem aeri incidi curauit celeberr. antecessor.

II. *Valvula vaginalis in brutis.*

Partes genitales femininas bestiarum partus viuos edentium non minus quam hominis intus excavatae sunt, pariterque muco quodam tenaci ac glutinoso refertae, qui non solum mechanico

b) Tab. I.

modo earum parietes expandit, sed certe ista materia primitiva est ex qua omnes generantur. Quae ne profluat aut liquore amnii durante grauiditate, post partum vero vrina eluatur, vagina vt in homine pone orificio vrethrae contrahatur oportet.

Ex simili igitur seminarum in homine ac in brutis mammalibus genitalium formatione ac structura speciem quandam hymenis in hisce etiam adesse iure colligi potest, quam in brutis domesticis, quas ea ratione perscrutatus sum, peculiari quidem modo conformatam et quasi duplicem, scilicet valuulam vrethralem et vaginalem, nullo fere labore reperi.

Vitulae, equulae, porculae, feliculae et caniculae eae erant bestiolae, quarum genitalia primis post partum mensibus antequam maribus tacta ventribus exsecui et accuratiori explorationi subieci.

1. Valuula vaginalis in equulis.

In vitula equina atrium vaginae, in quo ostium vrethrae dehicit, satis amplum quidem est, sed mox contrahitur, et ab cunni canale dupli apparetu seiungitur, cuius alter inferior plica membranarum vaginae transuersa formatur, quae os vrethrae tegit et vrinam, cuius riuus dum excernitur alia eminentia longitudinali deorsum dirigitur, ab illo retinet, margine suo libero autem ad ipsum atrium spectat; alter vero superior, tenuior et ex epidermide modo conflata limbo suo sursum erecto instar marsupii in vaginae canali pendet, quo introitus ad vaginam vt claudatur et mucus gelatinosus cohibetur aptissimus c).

Eundem finem alio modo assecuta est natura

2. in vitulis,

quibus vaginam proxime pone ostium vrethrae adeo coarctauit vt exili specillo eam inire vix non nequiturus sis, quod ope plurium valuularum artificiosissime compositarum egregie perfecit. Quin-

c) Tab. II. fig. a. b.

que tales duplicaturaे oblongae epidermidis eo modo pone ostium vaginae ab membrana eius interna assurgunt, vt superficie sua conuexa ac superiore se inuicem tangent et aditum ad vaginam penitus claudant. Si cuticulam quia componuntur remoueas impressiōnem subter singula longitudinaliter decurrentem, et extensione ipsis valuulis aequam, inter tales binas autem trabeculam membranaceo-mucosam supra eas ascendentem reperies. Valuularum numerus minime tamen certus ac constans est, sed nunc maior nunc minor, supra sex tamen aut infra tres non reperitur. Superficiem internam vaginae in toto suo ambitu eminentiae quidem graciliores et longiusculae angustant, inferiore autem pariete, eo loco quo valuulae descriptae sedem suam habent, maiores surgunt obliquae ac inter se cruciatae ad latera sic decurrentes vt angulo proxime supra ostium vrethrae formato id obtegant, et vrinae in vaginæ canalem infiltrationem prohibeant d).

Duplex ideo in his etiam animalibus apparatus existit, alter ad arcendum mucum viscidum ac gelatinosum qui in tenerrimorum vitularum internis genitalibus nunquam non reperitur, alter autem ad retinendum ab hisce vrinae radium.

3. *In porculis*

vrinae in longiori ac profundiori fossa duplicaturis internae cunni membranae mucosae composita via patet, supra quam atrium vaginae adeo coarctatur vt saccum interiore parte penitus clausum exteriore autem apertum reddat, eoque vrinae in vaginam instillationem prorsus impedit. Eodem modo quo atrium versus vaginam, haec ipsa etiam multis plicis ex ambitu ad medium decurrentibus versus atrium suum constringitur, pariter sacco infra operto contrahitur, quo materia gelatinosa, quae constanter adest, recipitur, et in-situ ac integritate sua tuetur.

d) Tab. III. fig. 1.

4. *In caniculis et feliculis*

similem apparatus quo vagina in vitulis infra angustatur non sine admiratione inuenies, quum ceteris omnibus haec animalia prorsus inter se differant. Eminentiae membranaceo-mucosae quae in vitulis supra ostium vrethrae pendent in caniculis et feliculis desiderantur, in quibus, situ orificii vrethrae magis declivi et rimae vulvae propiore, valuula vrethrae compensatur.

Omnia haece animalia feminina, quorun nos mentionem fecimus si in statum genitalium, antequam marem exporta sunt, respicimus, duplarem ideo in sua vagina apparatus habere, quo ex una parte vrina ab eius canali cohibetur, ex altera vero haec ipsa infra clauditur et materia gelatinoso-viscida qua internae partes genitales plenae sunt, retinetur, opinionemque illorum igitur, qui in domesticis praesertim in pullis asininis ac equinis femininis valvulam vrethralem quidem sed non vaginalem admittant, ad erroreas et ex conditionis genitalium manca cognitione nactas referendam esse liquet.

Admoueamus nunc si placet oculos nostros ad finem ac vsum hymenis in homine, quos dicunt morales esse, quoniam in animalibus eum non reperiri nec ullum physicum vsum, qui hymenis praesentia ac functionibus effici posset existere.

Primum argumentum demonstratione nostra ac descriptione structurae partium sexualium quarundam quadrupedum viuos partus edentium radicitus vt credimus euellimus, alterum nos autem, dum peculiarem finem et propriaque hymenis negotia ad oculos ponimus, haud minus reiecturos esse speramus.

Sunt autem quatuor momenta ratione ipsius vsus reputanda:

1. Ad structuram ac formationem partium genitalium sexus sequioris ea necessitate pertinet, vt haec absente hymene nec ad functiones suas recte perficiendas formari, nec in sua integritate conseruari possint. Subsidia quibus, in animalium perfectioris con-

structionis praesertim hominis corpore, ut maxima angustiae partem expandendi facultatem adiungat, natura vltur, plicae sunt seu valvulae, quas prae ceteris igitur partibus etiam genitalibus femininis tribuit. Quo iunior ante partum puella eo rugosior magisque complicata interna superficies vteri et vaginae, increscente autem aetate, et maiori parietum internas quas sinunt cauitates amplexantium extensione, magis magisque tamen laevigatur, in aditu autem ad cauum vteri, qui facultatem tam extendendi quam contrahendi pari gradu possidet, plicae resident, et ad id tempus, quo rima vulvae et canalis vaginae cole virili repetito concubitu, et protruso dein ex iis in partu foetu maturo saepius ac validius expanduntur, excepto irregulari statu, integre conseruantur, hisce autem causis infestatae ac violatae partim laxiores et planiores fiunt, partim delentur, inter quas valvula vaginalis primum certe locum obtinet. Incipit hac vero si ab interioribus ad externas configurationem partium genitalium prosequaris, noua plicarum series longitudinalium loco transuersalium cauum vteri et canalem vaginae coercentium, quarum ista non solum ob suam sedem, sed matuoris etiam efformationis causa, primitua existit, dum ceterae, labia scilicet vulvae minora ac maiora, adhuc imperfectae sunt, et ab ea ideo normam nanciscuntur ad quam formantur.

2. Hymen tegumentum est quo introitus in vaginam tam arcte clauditur, ne gelatinosa in cauitate vteri et vaginae contenta materia effluat. Materia haec ista sane substantia elementaris ac primitiva est, quae eo tempore quo nec ullum partium sexualium internarum vestigium conspicitur iam existit, et ex quo dein omnes singulae succrescunt ac firmam substantiam ac distinctam figuram recipiunt ^{c)}, qua igitur paries cauitatum in genitalibus ex natu-

^{c)} Noster *Langenbeck*, vir acutissimus, hancce materiam vasis sanguiferis tennissimis, liquidiore colorato fluido absque labore iniiciendis, perreptari non malo iure contendit, periculis vero quam primum poterit instituendis opinionem suam confirmare promittit.

rae lege obuenientium non solum extenduntur, sed prius etiam ex ipsa formantur ac ea deficiente perfici nequeunt. Sua dignitato igitur eximia haec gelatina primitia vsum tegmenti, quo retinetur, et quo minus effluat impeditur satis probat. Quantus sit iste vsum ex eo etiam patet vt similem apparatum et in hominum et in omnium animalium feminis propter eam rationem exploratis peculiari quidem formatione sed suis negotiis bene aptum indagatores naturae inuenerint.

3. Remouetur etiam hymene liquor amnii ab internis partibus genitalibus quo, si libere in eas inuadere posset, materia nutriendis immo formatrix elueretur, eanque parietum amplectentium imperfectum ac peruersum incrementum efficeretur, quod eo facilius fieri posset quo erectior rimae vulvae foetus feminini in vtero materno situs, eiusque apertura, pudendarum labiis imperfectis et gracilioribus minus contracta, latior, et affluxus igitur liquoris foetalis expeditior.

4. Non minus auertit hymen vrinam ab vagina, quo si probari posset foetum in vtero vrinam emittere, tanto maiorem vsum afferret, quanto imminentius ob situm introitus ad vaginam decliviorem eius instillandae periculum foret. Primis post partum diebus quibus neonata situm resupinum genibus versus abdomen attractis constanter obtinet, vrina nisi hymen eam retineret retro certe in vaginam laberetur. Quum in brutis praeter eum quo cunnus infra contrahitur proprius apparatus riuum vrinae ab eius aditu remoueat, huius negotii maiorem necessitatem in iis quam in homine adesse pleno iure colligitur. Aequalis existentia et vrethrae et hymenis, non minus quam nexus vterioris cum partibus vrethram eiusque aperturam inferiorem cingentibus, eum in harum efformatione et praesertim vt rectam suam positionem obtineant aliquid valere, probant.

Quibus omnibus, quod probandum erat, hymenem mere physicum vsum et peculiares ad efformandas et conseruandas partes sexuales functiones habere, minime autem finem moralem, probatum esse, credimus.

EXPLICATIO TABULARUM.

TAB. I. Genitalia externa virginis viginti quatuor annos natae, ob valuulam vaginalem duplicem insignia.

TAB. II. Partes genitales equulae mare intactae sic apertae ut in conspectum veniant

- a. valuula vaginalis,
- b. valuula vrethralis.

TAB. III. Fig. 1. Vagina cum atrio vitulae trium circiter hebdomadum sic incisa, ut

- aa. eminentiae membranaceo-mucosae, quae
- b. valuulam vrethralem formant, et subter iis,
- cc. valuulae vaginales in oculos cadant.
- d. Ostium vrethrae.

Fig. 2. Atrium vaginae ex vitula sex hebdomadum.

- a. Paries eius superior infra resectus et ad vaginam ita sepositus ut
- b. contractio vaginae pone
- c. orificium vrethrae adspiciatur.

TAB. IV. Fig. 1. Parietis superioris vaginae vitulae eiusdem aetatis et partis laterali superficies interna, denudata et modice distenta.

- aaa. Valuulae vaginales quibus vagina supra orificium vrethrae coaretatur.
- bbb. Interstitia membranaceo-mucosae inter has valuulas.
- c. orificium vteri.

42 LUD. J. CASP. MENDE DE HYMENE SEU VALVULA VAGINALI.

Fig. 2. Eiusdem partis vaginae superficies interna.

- a. Valuula vaginalis integra.
- b. b. Impressiones longitudinales quae disruptis valuulis vaginalibus conspicuntur.
- c. Interstitia membranaceo-mucosa.

TAB. V. Fig. 1. Partes genitales externae et vagina porculae quinque hebdomadum, a superiore diffissae.

- a. Atrium vaginae superne modo sacci contractum.
- b. Ostium vrethrae,
- c. pars vaginae angustissima,
- d. vagina infra arctissime constricta.

Fig. 2. Genitalia caniculae nouem hebdomadum.


- a. Vagina a superiore aperta,
- b. vesica vrinaria,
- c. ostium vrethrae,
- d. valuulae vaginales
- e. instertia inter has valuulas.

TAB. VI. Fig. 1. Genitalia puellae parturientis labiis maioribus et minoribus adeo retractis vt rima vuluae valuula vaginali integra coarctata in conspectum veniat. Obseruatus est hic casus singularis, recitata iam commentatione, in Xenodochio Regio Obstetricio heic florente, et arte viri iuvenis egregii Stechweh Hildensis paulo ante partum ad naturam depictus.

Fig. 2. Eadem valuula vaginalis plicis connuentibus tertia circiter parte imminuta.

Fig. 3. Eadem statim post partum simul cum interna superficie labiorum vuluae minorum disrupta.

TAB. I.



Mende Com. de hymeno.

Com. Tom. VI.








Fig. 1.




Fig. 2.



Mende Com.

de hymene.

Com. Tom. VI.



TAB. IV.





Fig. 1.


Fig. 2.



Mende Com. de hymene

Com. Tom. VI.





Mande o Corn. de humene.

Corn. Tom. VI.



TAB.VI.

Fig.1.





Fig.2.



Mende Com. de hymene.

Fig.3.



Com. Tom. V.



D. JO. GUIL. HENR. CONRADI
COMMENTATIO
DE

VARIA AFFECTIONUM PULMONUM,
QUAE APOPLEXIAE PULMONALIS NO-
MINE SIGNATAE SUNT, RATIONE,

IN CONSESSU SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM D. XII. AUG. MDCCXXVI.
RECITATA.

Apoplexiae pulmonalis nomen plane nouum quidem non est. Certe iam *Dolaeum* eo usum esse ad sanguinis intra vasa pulmonum stasin designandam *Bruno* a) notauit. E recentioribus *Mauclerc* b) catarrhum suffocatiuum apoplexiā pulmonalem nominauit. Nuper autem Cl. *Hohnbaum* c) et Cl. *Laennec* d) sub eodem nomine diuersas pulmonum affectiones significauerunt. Quorum viorum exemplū cum iam plures secutos esse atque adeo ea, quae Cl. *Hohnbaum* de apoplexia pulmonum disseruit, ad id genus morbi, quod Cl. *Laennec* apoplexiā pulmonalem appellauit, translata

a) Diss. de catarro suffocatino. Altdorf. 1690. §. XV.

b) Diss. sur le catarrhe suffocant ou l'apoplexie pulmonaire. Monspel. 1803. Conf. Dictionn. des scienc. med. T. IV. p. 337 sq.

c) Ueber den Lungenschlagflusse nebst einer Einleitung über Schlagflusse überhaupt. Erlang. 1817. 8.

d) De l'auscultation médiate. T. II. p. 40 sq.

vidissem, operae pretium esse putau, ea, quae a viris Cl. de affectionibus apoplexiae pulmonalis nomine signatis tradita sunt, diligentius considerare atque diuersam earum affectionum rationem demonstrare. Atque in hac ipsa re verum sine ambitione scrutans semper memor fui eorum, quae a Celso egregie dicta sunt: "Oppor-tet autem neque recentiores viros in his fraudare, quac vel repe-,,rerunt, vel recte securti sunt; et tamen ea, quae apud antiquiores „aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere."

Apoplexia autem *κυρίως* dicta est vehemens et repentina totius corporis resolutio et stupor. Sic *Aretaens e)* dixit: "Apoplexia, Paraplegia, Paresis, Paralysis eiusdem generis sunt omnia. Nam in his vel motus, vel tactus, vel vterque deficit: interdum etiam mens, aut aliis aliquis sensus. Sed Apoplexia quidem totius corporis, et sensus, et mentis, et motus resolutio est" etc. *Celsus f)* quoque de resolutione neruorum agens inquit: "Interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres aucto-res illud ἀποπληγίαν, hoc παράλυσιν nominauerunt, nunc „vtrumque παράλυσιν appellari video." Saepe vero etiam Hippocrati g) eiusque discipulis ἀποπληγήν et ἀπόπληγτον de corporis parte resoluta et siderata effertur. Pariter Cl. Hohnbaum nomen apoplexiae partium aliquarum paralysi tribuit, atque praeter apoplexiā cerebri apoplexiā cordis (syncope, asphyxiam), et hypogastricam s. abdominalem esse posuit. Ex eius sententia causae, quae paralysin efficere valent, neruós, qui pulmonib⁹ seruiunt, aequē ac cerebrum in apoplexia cerebri et cor in syncope laedere possunt, ideoque non minus apoplexiā pulmonum quam apoplexiā cerebri et cordis esse iudicauit. Re

e) De caus. et sign. diuturn. morb. Lib. I. c. 7.

f) Lib. III. c. 27.

g) Cf. *Foësii Oecon. Hippocratis sub voce ἀποπληγή.*

vera quoque observationibus probari eiusmodi apoplexiā addidit, propriis phaenomenis insignem atque ab aliis morbis, qui in similitudinem eius formantur, quibusque itidem dyspnœa et suffocatio superuenirent, vtique natura differre. Neque dubitat, quin haec apoplexia pulmonum iam in compendia medicinæ tanquam peculiaris morbi species relata fuisset, nisi medici eam cum morbis illis cognatis, nominatim apoplexia cerebri et catarrho suffocatiuo, qui colluic mucosa insignis sit, confudissent. Eandem vero vel phaenomenis suis ab hisce morbis differre atque morbum sui generis exprimere, sequente descriptione, qua illius verissimam imaginem proponere studuit, se monstraturum esse sperauit.

“Er befällt meist Leute in den besten Jahren, von wohlge-nährter, fetter Leibesbeschaffenheit, entweder unter Vorläufern, „wie sie uns der Cerebralschlagfluß darbietet, als Gefühllosigkeit „oder Mangel an Wärme in Händen und Füßen, Herzklopfen, „Schwindel, Gesichtsverdunkelung, Beklemmung und Gefühl von „Schwere auf der Brüst, allgemeine Schwäche u. s. w., oder auch „ohne sie. Im letzteren Falle ist der Kranke plötzlich seiner „Sinne nicht mehr mächtig, fällt bewußtlos zu Boden, oder sucht, „wenn er noch so viel Besinnungskraft übrig behält, irgend einen „Gegenstand zu erreichen, auf welchen er sich stützen kann. Da-„bei fängt er an, sehr tief und mit grosser Beschwerde Athem zu „schöpfen. Bei jedem Athemzug ist während des Eindringens der „äußern Luft in den Bronchien gewöhnlich ein rauschender Ton „oder eine Art von Röheln hörbar. Bisweilen fehlt aber auch „dieses und das Athmen hört schon nach wenigen, tiefen Zügen „gänzlich auf. Bisweilen tritt Schaum vor den Mund, bisweilen „auch nicht; eben so wird bei einigen das Gesicht roth, bei an-„deren nicht. Entweder sind die Augenlider geschlossen, oder „halb geöffnet, mit nach oben gekehrtem oder vor sich hin star-„rendem Blick. Dabei ist der Pulsschlag sehr schwach, kaum fühl-„bar oder fehlt ganz. Erholt sich der Kranke wieder, so läfst

„nach und nach das beschwerliche Athmen nach, und das Bewusst-
 „seyn kehrt wieder; die vorher kalten Glieder werden wieder
 „warm, der Pulsschlag wieder fühlbarer und schneller. Nur bleibt
 „längere Zeit noch das Gefühl großer Schwäche zurück. Biswei-
 „len reden auch die Kranken, jedoch nur auf kurze Zeit, irre,
 „oder es folgt Fieber auf den Anfall, oder sie husten ein hollro-
 „thes, schäumiges Blut aus. Geht aber die Krankheit in den Tod
 „über, so wird das Athmen, wenn es nicht gleich anfangs gänz-
 „lich unterdrückt ist, immer beschwerlicher, angstlicher und röcheln-
 „der, die Extremitäten werden immer kälter, es gehen Harn und
 „Darmkoth unwillkürlich ab, Puls- und Herzschlag hören gänz-
 „lich auf, das Auge sieht gebrochen und die Pupille bleibt auch
 „beim hellsten Lichte unbeweglich, und so fort bis zum Aufhören
 „aller Lebensfunctionen.“

„Bei Leichenöffnungen solcher, die an dieser Krankheit ver-
 „storben sind, findet man, wenn nicht etwa eine andere Krankheit
 „mit ihr complicit oder ihr vorhergegangen ist, in keiner Höhle
 „des Körpers etwas Widernatürliches, die Brusthöhle ausgenom-
 „men. Hier erscheinen die Lungen strotzend von theils flüssigem,
 „theils geronnenem, dunkelgefärbtem Blute. Eben ein solches Blut
 „füllt den rechten Ventrikel des Herzens; dagegen findet sich der
 „linke Ventrikel leer oder enthält doch im Verhältniß zum rech-
 „ten nur wenig Blut.“

Ceterum se ter hunc morbum per id tempus, quo artem me-
 dicam exercuit, obseruasse notauit, eorumque casuum historiam
 subiecit.

Proxime a Cl. Hohnbaum Cl. Laennec apoplexiae pulmonalis
 nomine vsus est, alium autem sub eo morbum significauit. Et pri-
 mo monuit h) morbum, qui ab ipso apoplexia pulmonalis nomina-
 tur, frequentissimum quidem, eiusdem autem rationes, quae ana-

h) L. c. p. 40. §. 511.

tome illustrandae sint, pene ignotas esse. In vulgus autem notum esse praecipuum eius symptoma, *haemoplysin* nempe grauem et copiosam.

Deinde de causis haemoptyseos agens monuit, eam a recentioribus perturbationi virium vitalium membranae mucosae bronchiorum, qua fiat, vt pro muco sanguinem excernat, tribui. Neque dubium esse, quin leuior eius gradus, qui catarrhum pulmonalem, peripneumoniam etc. comitatur, ex hac causa nasci non possit. Grauiorem vero et copiosam haemoptysin, quam venae-sectio et deriuantia vix reprimere possint neque semper reprimant, a vehementiori et grauius pulmonum vitium efficiente causa originem ducere.

Hoc vitium, quod in obstructione et induratione vnius aut plurium locorum pulmonis constet, ipsius verbis ita expressum est: „Cette alteration consiste en un endurcissement égal à celui „du poumon le plus fortement hépatisé, mais d'ailleurs tout-à-fait „différent. Cet endurcissement est toujours partiel et n'occupe „même jamais une grande partie du poumon; son étendue la plus „ordinaire est d'un à quatre pouces cubes. Il est toujours très- „exactement circonscrit; et, au point, où cesse l'induration, l'en- „gorgelement est aussi considérable que vers son centre. Le tissu „pulmonaire environnant est tout-à-fait crépitant et sain, et n'offre „rien d'analogique à cette densité progressivement moindre à mesure „qu'on s'éloigne du lieu affecté que l'on observe dans la peripneu- „monie. Le tissu pulmonaire est souvent même très-pâle autour „des engorgemens hémoptysiques: quelquefois cependant il est for- „tement rosé ou même rouge, et infiltré ou plutôt teint d'une cer- „taine quantité de sang vermeil; mais, dans ce cas même, la ligne „de démarcation entre l'engorgement dense et la légère infiltration „sanguine dont il s'agit est toujours très-tranchée.

„La partie engorgée présente une couleur d'un rouge noir „très-foncé et tout-à-fait semblable à celle d'un caillot de sang

„veineux. La surface des incisions est granulée, comme dans „l'hépatisation; mais, d'ailleurs, l'aspect de ces deux altérations est „tout - à - fait différent. Dans l'hépatisation au second degré, la „couleur vermeille du tissu pulmonaire enflammé laisse distinguer „parfaitemment les taches noires pulmonaires, les vaisseaux et les „légères intersections cellulées, qui partagent ça et là le tissu „du poumon; et c'est même le mélange de ces couleurs qui donne, „comme nous l'avons dit, au poumon hépatisé l'aspect de certains „granits. La même chose s'observe encore dans la péripneumonie „au troisième degré, et lorsque l'infiltration purulente a converti „la totalité du poumon en une masse jaunâtre. Dans l'engorgement hémoptysique, au contraire, la partie endurcie présente „un aspect tout - à - fait homogène, et sa couleur, presque noire ou „d'un brun rouge très - foncé, ne permet de distinguer autre chose „de la texture naturelle du poumon que les bronches et les plus „gros vaisseaux, dont les tuniques ont même perdu leur couleur „blanche et semblent teintes de sang.

„Si l'on racle avec le scalpel la surface de ces incisions, ou „en enlève un peu de sang très - noir et à demi coagulé, mais en „beaucoup moindre quantité que la serosité sanguinolente qui suinte „d'un poumon hépatisé au second degré. Les granulations que „présente la surface des incisions quand on l'expose à contre-jour „m'ont toujours paru plus grosses que dans l'hépatisation.

„Quelquefois le centre de ces indurations est ramolli et rempli par un caillot de sang pur.”

Cum igitur pateat, hoc vitium a sanguine in parenchyma pulmonum effuso originem habere, atque haec ἐκχύμωσις sanguinis ei, quae in apoplexia cerebri locum habeat, plane similis sit, credidit morbum *apoplexiae pulmonalis* nomine signandum esse.

Etsi vero haec affectio grauis sit, tamen obstructio facile resolui posse videtur, cum multos, qui grauem et copiosam haemoptysin perpessi sint, sanatos esse videas, neque in pulmonibus eorum,

qui

qui pluribus annis ante, quam alio morbo conficerentur, graui haemoptysi laborabant, vlla obstructionis vestigia reperta sint.

Quod ad signa apoplexiae pulmonalis adtinet, tanquam praeципua symptomata a Cl. *Laennec* proponuntur grauis pectoris oppressio, tussis, cui magna laryngis irritatio, interdum etiam dolores pectoris non leues, quin vehementes iunguntur, electio sanguinis floridi et spumosi vel puri, vel saliuia et parua muci copia mixti, pulsus frequens, magnus atque vibrationem singularem exhibens, etiam si mollis et debilis sit, qualis saepe paucis diebus elapsis esse solet. Ex hisce vero symptomatibus sanguinis sputum maxime perpetuum atque grauissimum, plerumque vero copiosum esse notavit. Si vero symptomata minus grauia sint, et praesertim minor sanguinis copia exeat, vel solam membranam mucosam bronchiorum fontem sanguinis esse posse, illiusque tunc insolitum ruborem atque tumorem obseruari. Neque vero sola sanguinis copia haemoptysin bronchialem ab ea, quae ex pulmonum obstructione nascitur, distingui posse. Nonnunquam enim in magna obstructione parum sanguinis, qui viginti quatuor horis seyphum non excedat, in haemoptysi bronchiali vero multo maiorem illius copiam exscreari. Praeterea subita pulmonum obstructione aegrum suffocari posse atque adeo mortem inferri, antequam sanguis expuatur.

Ceterum de rationibns apoplexiae pulmonalis non amplius disseruit, neque vsquam significauit, in illa paralytici quid locum habere. Duae vero obseruationes *i)* ab illo in medium prolatae certe non ad solam apoplexiā pulmonum pertinent, sed potius ad alias morbos, quibus ad summum apoplexia pulmonalis supervenisse dicitur, referendi sunt. Sic primus casus ab ipso vocatur *apoplexie pulmonaire chez un sujet attaqué d'hypertrophie et de végétations du cœur.* Alter autem inscribitur: *Apoplexie pulmonaire chez un sujet attaqué d'hypertrophie et de dilatation du cœur.*

i) p. 49 eq.
Classis Phys. Tom. VI.

Iam cum Virorum Cl. de apoplexia pulmonali sententiae a nobis expositae sint, nostra quoque opinio interponenda est.

Quod igitur affectionem pulmonum adtinet, quam Cl. *Hohnbaum* apoplexiā pulmonalem appellavit, ea antea catarri suffocatiū nomine descripta est. Catarrus suffocatiū autem in genere dicebatur summus gradus dyspnoeae aut subito inuadens *anpnoea*, suffocatio, quae mortem minatur vel infert. Nequaquam vero, vt recentiores quidam opinantur, ea solummodo suffocatio, quae a colluuiے mucosa oritur, hac voce significata, sed varias eius causas esse notatum est. Praesertim autem ei affectioni nomen catarri suffocatiū impositum est, in qua suffocatio ex subita pulmonum oppletione a sanguine nascitur. Sic iam *Baglivi*, vir egregius, de raris pulmonum affectionibus agens k) dixit: "Sequitur porro periculosis pulmonum morbus, qui dicitur catarrus suffocatiūs. Oritur hic catarrus p̄ae ceteris a stagnatione et coagulatione sanguinis repentina in pulmonib⁹ et circa praecordia, facta ob susceptum repentinum frigus, praeuia sanguinis ex candescētia a motu, igne, vsu rerum calidarum, aut aliis id genitus causis, vel ob nimiam ingurgitationem cibi potusque, ac rerum acidarum. In hoc catarrho adest grauedo; et dolor pectoris, spirandi difficultas, vox amputata, anxietas, tussis, stertor, pulsus rarus, tardus, spuma ex ore etc. — — Oritur itaque hic catarrus a repentina stagnatione sanguinis circa cor et pulmones, non vero a pituita deplente a capite, quod affectum in hoc morbo crediderunt antiqui, sed falso."

Ita b. *Brendelius l)* qui in optimorum de catarro suffocatiū scriptorum numero iure referendus est, notauit: "quod si vero ipsius paroxysmi phaenomena, causasque manifestas, quorsum ante-

k) De praxi medica, L. I. c. 9.

l) Diss. de catarro suffocatiuo. Gotting. 1746. (rec. in opusc. ed. Wrisberg. P. II.) §. X.

„cedentes pleraeque, etsi internae sint, tum procatareticae, referendae sunt, paulo studiosius intueri, atque ista omnia cum affectarum fabrica partium, vt causae proximae erui solent, conservere placeat: verisimile videri poterit, causam catarrhi suffocatiui proximam in motu sanguinis per pulmones repente sufflamen nato sitam esse.”

Aлии catarrhum suffocatiuum inter asthmatis species retulerunt, illumque non solum a colluie serosa et mucosa, vt in peripneumonia notha, sed etiam a congestionibus sanguinis versus pulmones et a sanguine in telam cellulosam pulmonum effuso ori po- suerunt m).

Catarrho autem suffocatiuo nonnunquam paralytici s. apoplectici quid subesse, itidem a medicis iam dudum notatum est. Ita Fr. Hoffmannus n) dixit: “Discernere porro oportet asthma conuulsuum a catarrho suffocatiuo, quippe qui cum vultus rubore, stertoreque stipatus, paralytici quid inuoluit” etc. Pariter Brendelius in diss. laudata o) monuit: “Vt causae proximae sua discrimina ab antecedentibus procatareticisque, et corporum singulari compagine recipiunt; ita quae vel graui spasio, tum fibrarum motricium, vesiculis pulmonum innexarum, vel vicissim pressis neruis recurrentibus, vel diaphragmatis, a pari vago et intercostali obortis, vel plexus pulmonalis cardiacique, vario paralyseos gradu modo laryngem, modo asperam arteriam, pulmonesque ipsos, modo diaphragma, modo cor ipsum in letali malo afficere queunt, sic nocebunt, vt partim impeditus ille sanguinis motus inde existere, partim ipse una altera de causa productus onustis sanguine vasis neroos comprimere, morbique augmentum esse queat.”

m) Conf. Scille Medic. clin. p. 430.

n) Med. rat. T. IV. P. III. p. 269. §. IV.

o) §. XI.

Deinde etiam in p^araelectionibus academicis p) haec de causa catarrhi suffocatiui professus est: "quantum igitur ex phaenomenis „patet, affectus hic quam proxime accedit ad peripneumoniam „quandam, eamque notam multo acutissimam, sed praeterea procul „dubio cum particulari quadam paralysi neruorum pneumonicorum „intercostalium, quin et diaphragmaticorum tum ex cœriscalibus, „tum ex pari sympathico magno vel intercostali dimissorum, quae „quidem posterior accessio maxime in senibus locum habere videtur."

Neque minus Gaubius q), pathologorum recentiorum facile princeps, neruorum mala paralytica in organis respiratoriis in causarum catarrhi suffocatiui primario orientis numerum retulit r). Idem catarrhum suffocatum alias comitari circuitus vitalis defctionem, hinc grauioribus animi deliquiis, vt symptoma symptomatis superuenire, alias primario suis ex causis oriri, monuit.—

Denique, praetermissis aliis, qui eadem sententiam secuti sunt, tacere non possum, b. Heckerum vel in compendio suo medicinae practicae s) catarrhum suffocatum in morborum neruorum numero posuisse eiusque causam cum paralysi quadam comparari posse iudicasse.

Imaginem quoque catarrhi suffocatiui primario suis ex causis orientis accurate expressit t) Brendelius hisce verbis. "Malum „hoc repente quidem impetum facit: at sui praesagis non semper „caret signis. Quae, vt eadem, sed leuiora fere sunt ac imminen-„tis apoplexiae, antecesserit aliquis pectoris morbus an minus: ita „digitorum ille torpor stupore, interpres futurae paralyseos, apo-

p) T. II. p. 81. §. 5.

q) Inst. path. med. §. 767.

r) Ad hanc sententiam ego quoque accesseram in comp. path. gen.

s) Kunst die Krankheiten der Menschen zu heilen, Th. II. §. 583.

t) Diss. de catarrho suffocat. §. II.

„plexiam non confestim letalem comitatae, abosse vulgo solent.
 „Protinus ac prehendit, cor palpitat; mox a breui vertigine, tene-
 „bras offundente, sensus desciunt, collabitur homo, difficillime mo-
 „veri thorax occipit, cunque stertore et strepitu quasi aëris, an-
 „gustias laryngis asperaeque arteriae et bronchorum, lento humore
 „fartorum, eluctati. Tumque spumat os, rubetque facies, at non
 „omnino omnibus. Aliis clausae sunt palpobræ: aliis ocyssime af-
 „fectis, semiadapertæ, non sine extuberantibus toruisque oculis,
 „relaxata etiam pupilla, si vitae spes nulla est. Pulsus arteriarum
 „longis deficit interuallis, et si quis sentitur, est debilissimus, idem
 „tamen ex tremulo abit in febrilem, si superesse ab illo impetu
 „aeger potest. Huic si imminutis stertore spumisque, liberior non
 „sine oscitatione respiratio, sensusque redeant, magna virium pro-
 „stratio est: at nequaquam resoluta membra, vt ab apoplexia.
 „Nonnunquam, dum sese colligit, mens leuiter errat: at neque diu,
 „neque lethargico modo, nisi hunc in morbum transitus fiat. Sub-
 „inde nouum insultum fieri contingit, eumque non sine grauiori
 „periculo: alioqui febris quaedam gliscere occipit, acuta futura,
 „typosque quotidianæ remittentis, aut ex teriana, vt exacerbatio-
 „nes singulae citiores pridianis adsint, vt alias fere fit, integra-
 „tura. Neque vero hæc exacerbationes carent noui metu impetus,
 „vtique priores. Quidam ad se reduces nonnihil sanguinis tussiunt:
 „aliis tussicula est sicca, aliis omine non optimo frequentior ster-
 „nutatio. Neque demum rarissimum obseruatu est, veram peripneu-
 „moniam vel pleuropneumoniam succedere.”

Si hanc catarrhi suffocatiui descriptionem atque eam, quam
 idem auctor in präelect. acad. u) proposuit, cum iis conferas, quae
 de symptomatibus et decursu apoplexiæ pulmonalis a Cl. Hohn-
 baum tradita sunt (conf. supra p. 45-46.), vtique videoas, eundem
 morbum sub nomine diuerso ab vtroque depictum esse.

u) T. II. p. 79. §. 2.

Ceterum *Brendelius* quoque intellexerat, nomen catarrhi suffocatiui minus aptum esse, largirique voluit, alio nomine opus esse, si ita videretur rei medicae arbitris. Neque tamen temere mutare fas esse existimauit, neque morborum cognitionem synonymis intricatiorem reddere x).

Quod sententiam a Cl. *Hohnbaum* y) relatam adtinet, catarrhum suffocatiuum non ut morbum sui generis in compendiis pathologicis proponendum esse, cum sub illo nomine significetur affectio pulmonum, quae ex variis causis oriri possit, s. complexum symptomatum, qui pluribus pulmonum morbis superueniat et praeципue exitum eorum letalem aut saltem summum gradum exhibeat, monendum est, eandem animaduersionem non minus in apoplexiā et plurima morborum genera valere. Ipse quoque professus est, praeter apoplexiā pulmonalem, cui paralysis subsit, aliud eius morbi genus esse, quod ex plethora oriatur. Neque mirandum est, eo tempore, quo causae morborum adhuc minus exploratae essent, homines potius a symptomatibus morborum nomina deduxisse. Neque damno esse potest, si quis hodieque illis nominibus vtatur, dummodo varias causas affectionum, quae illis signantur, indagare non negligat.

Nomen autem apoplexiae pulmonalis huic affectioni, quam sub eo Cl. *Hohnbaum* significauit, saltem melius conuenire crediderim, maxime si paralytici s. apoplectici quid subsit, quam ei, cui Cl. *Laennec* illud imponere voluit. Attamen notandum est, catarrhum suffocatiuum saepe potius subitae pulmonum a sanguine oppletioni tribuendum, affectionemque pulmonum paralyticam tum vel ex illa consequi, vel omnino deesse. Cl. *Hohnbaum* quidem credit z), eos casus, vbi apoplexia pulmonalis à plethora oriatur

x) Diss. de catarrho suffocat. §. X.

y) p. 68.

z) p. 107 sq.

rariores esse. *Brendelius* contra in paelectionibus a) edixit, causas manifestas itemque maxime singulares actati polissimum infantili, deinde senili proprias, docente experientia semper redire ad plethoram quandam, quin et sanguinis densitatem inflammatoriam, saltem gelatinosarum partium in sanguine abundantiam. Evidem obseruationibus et antiquioribus et meis compertum mihi est, illam saepius a plethora vera atque a causis, quae plēthoram comotam efficiunt, oriri b). Huc accedit, quod in iis casibus, vbi paroxysmus mortem non adfert, sed aegri ad sese redeunt, febris adeo inflammatoria vel peripneumonica quadam affectio illum excipere possit c), paralysis autem artuum eius pedis equa non esse soleat. "Senes etiam, monente *Brendelio* (p. 81. §. 7.), primum „paroxysmum eluctati, plerumque febre inflammatoria satis acuta „postea prehenduntur, quod nullibi recte notatum est, sequente verissima aut pleuropneumonia cum sputo cruento, doloribus pectoris „acutis, et reliquo satellitio, aut peripneumonia quadam notha. — „Paralysis autem nulla vñquam consequitur, vt post apoplexiā." *Heckerus* quidem tam paralyses, quam pectoris morbos, peripneumoniam etc. illum consequi dixit. Verum potius doctissimo atque experientissimo *Brendelio* adstipulandum esse crediderim meis etiam obseruationibus adductus. Cl. *Hohnbaum* quoque, etsi paralysin nerorum, qui pulmonibus inseruiunt, plerumque causam apoplexiae pulmonalis esse credit, tamen professus est d), sibi hucusque ne vnum quidem exemplum notum esse, vbi apoplexiā pulmonalem, quae aegrū non confecerit, paralysis partis cuiusdam secuta esset.

a) p. 81. §. 6.

b) Conf., quae supra (p. 50.) de causis cat. suff. ex *Baglivi* praxi medica commemorata sunt.

c) Conf. *Brendelii* paelect. p. 79. §. 2. p. 81. §. 7.

d) l. c. p 99.

Ceterum huic catarrho suffocativo, qui ex plethora vera et commota nascitur, cuique paralysis non suhest, praeter V. S. etiam alia antiphlogistica conueniunt, minime vero Naphth. Vitr. s. Tinct. Valerian. aeth. c. Liqu. C. C. succin., Infusa Valeriana, Angelicae, Chamomillae et alia analeptica, quae a Cl. Hohenbaum in apoplexia pulmonali ad excitandam vim systematis nervosi et praesertim nervorum, a quibus respiratio regitur, proposita sunt.

Diversa ratio est eius affectionis pulmonum, quae a Cl. Laennec apoplexia pulmonalis appellatur. Eam nempe sanguinis ἐκχύσις cum apoplexia cerebri conuenire posuit, (conf. supra p. 48.) neutquam vero paralytici quid ei subesse significauit. Sicut autem apoplexiae cerebri non eadem semper ratio est, eaque non soli haemorrhagiae cerebri tribui, sed etiam ex aliis causis nasci potest, ita quoque apoplexiae pulmonalis nomen certe non ad solam haemorrhagiam pulmonum referendum est. Cl. Laennec autem ad auctores, qui prius hoc nomine vni sunt, minime respexit, neque an id nomen fortasse alii affectioni magis conueniens, et qua ratione apoplexia pulmonalis ad catarrhum suffocativum referenda sit, quaesivit. Quae de obstructione et induratione vnius aut plurium locorum pulmonis in hoc morbo confectis obseruata notauit, ea vtique non negligenda sunt. Attamen monendum est, indurationem ex sanguine effuso et stagnante nasci, eamque in iis casibus, vbi mors subito adfertur, non accedere, neque in iis, vbi malo idoneis remediis occursum et sanguis effusus discussus est, admitti posse. Neque silentio praetermittere possumus, iam dudum notum fuisse, esse haemorrhagiam pulmonum internam, qua sanguis thoracis in caua effunditur, atque aliquando etiam in ipsum pulmonum parenchyma penetrat e).

Obseruationes autem, quae a Cl.

Laennec

e) Confer. J. P. Frank Epit. de curand. homin. morb. Lib. V.
P. II. §. 605.

Laennec in medium prolatae sunt, non ad solam apoplexiā pulmonalem pertinere, supra iam a nobis notatum est. Quod reliquum est, ea, quae Cl. *Laennec* de ratione apoplexiae pulmonalis proposuit, non eiusmodi sunt, vt sententiam, quam medici hucusque de causis haemoptyseos eiusque curandi ratione tulerunt, mutare possint.

Contra vero ea, quae nuperrime Cl. *Lorinser* de apoplexiae pulmonalis ratione tradidit, si pro certis habenda essent, etiam ad curandi rationem quam maxime pertinerent. Hic in libro f) a multis laudibus laudato, a nobis in relationibus nostris de rebus literariis g) diiudicato, ea, quae Cl. *Hohnbaum* de apoplexia pulmonali tradidit, cum iis, quae a Cl. *Laennec* proposita sunt, coniungere studuit. Suscipiens enim opinionem a Cl. *Laennec* propositam, apoplexiā pulmonalem eum esse morbum, qui alias haemoptyseos nomine signatus est, atque similem ἐκχύμωσιν sanguinis in ea locum habere vt in apoplexia cerebri, simul cum Cl. *Hohnbaum* consentit credente, paralysin neruorum, qui pulmonibus inseruiunt, causam huius morbi esse. "Die Krankheit, inquit, von der hier „gehandelt wird, ist von einigen Schriftstellern unter dem allgemeinen Namen der *Apoplexie* aufgeführt, von den meisten jedoch „als eine Lungenblutung beschrieben worden, obgleich diese letztere keineswegs beständig zugegen ist. Zufällige Lungenblutungen, die durch Eröffnung eines Aneurysma in die Lungensubstanz und die Luftröhre, durch Brustverletzungen, Zerreissung der Blutgefäßse in den Knotenhöhlen entstehen, gehören nicht hierher. Eben so wenig der leichte Bluthusten, welcher beim Katarrh „und der Entzündung der Lunge, oder auch als das Product einer vicariirenden Absonderung nach unterdrückten Katamenien, Hä-

f) Die Lehre von den Lungenkrankheiten. Berl. 1823. 8.

g) Götting. gelehrte Anzeigen, 1825. Nr. 144 - 145.

„morrhoiden etc. beobachtet werde. Es gebe aber einen eigen-
 „thümlichen Krankheits-Zustand der Lungen, wo wegen gesun-
 „kener Energie der Lungennerven nicht die ganze in die Lungen
 „gebrachte Blutmasse auf dem natürlichen Wege wieder fortge-
 „schafft würde. Das Blut häuft sich an, und bewirkt entweder
 „eine plötzliche Stockung des Kreislaufes, oder es tritt in die
 „Luftbläschen, bisweilen auch in die Höhle des Brustfells aus, auf
 „dieselbe Weise, wie bei der Apoplexia sanguinea des Gehirns
 „das Blut aus seinen Gefäßen trete. In dem Fall, wo das Blut
 „in die Luftwege sich ergieße, erfolge gewöhnlich ein höchst be-
 „deutender Bluthusten, der dem Kranken für den Augenblick das
 „Leben rette. Diesen Krankheitszustand, welcher meistens als
 „Haemoptysis vera, idiopathica bezeichnet, zuweilen auch mit der
 „Apoplexia cerebri verwechselt worden sey, nenne er, nach *Hohn-*
 „*baum's* und *Laennec's* Untersuchungen, den *Lungenschlagfluss*
 „(Apoplexia pulmonum).”

Ceterum catarrhi suffocatiui nomine nonnisi eam suffocationis speciem significari vult *h*), quae a colluuiie mucosa oritur, il-
 lumque adeo cum bronchitide acuta maxime conuenire contendit (!) *i*).
 Nomen autem illud ei praesertim suffocationi, quae ex subita pul-
 monum oppletione a sanguine nascitur, impositum esse, catarrhum-
 que suffocatiuum cum ea potius apoplexia pulmonali, quae a Cl.
Hohnbaum descripta est, conuenire, ab ipso non animaduersum,
 neque eorum, quae praecipui scriptores, *Baglivius*, *Brendelius*
 de hoc morbo tradiderunt, vsquam mentio facta est.

Iam vero affectionis, quam sub apoplexiae pulmonalis nomine
 Cl. *Hohnbaum* significauit, eandem omnino rationem esse ac hae-

h) p. 165.

i) p. 183.

moptyseos, quae a Cl. *Laennec* apoplexia pulmonalis nominatur, neutiquam concedere possumus. Cl. *Hohnbaum* quidem cognationem apoplexiae pulmonalis cum apoplexia cerebri et catarrho suffocatiuo agnouit, vix aut omnino non ei autem in mentem venit, apoplexiā pulmonalem et haemoptysin eundem morbum censendum esse. Neque haemoptysis ad id catarrhi suffocatiui genus, quod primario suis ex causis ortur, semper accedit, neque, si accedit, grauis et copiosa esse solet. Sic *Baglivi* haemoptysin in symptomatum catarrhi suffocatiui numero minime retulit, licet, vt supra iam monuimus, crediderit, hunc a stagnatione sanguinis circa cor et pulmones, non vero a pituita oriri. *Brendelius* autem k) inquit, quosdam ad se reduces nonnihil sanguinis tussire, aliis tussiculam esse siccari; in preelectionibus autem l) notauit, tussiculam etiam adesse, quicum aliquando aliquid cruenti, sed raro elidatur. Ipse quoque Cl. *Hohnbaum* monuit, interdum modo aegros, vbi ad se redierint, sanguinem floridum et spumantem tussi exscreare. Neque minus mihi compertum est, in grauissimo catarrho suffocatiuo, qui ex plethora ortus et V. S. atque remediis deriuantibus a me sanatus est, parum vel nihil sanguinis exiisse.

Sed etiamsi haemoptysis grauis et copiosa nonnunquam ad catarrhum suffocatiuum s. apoplexiā pulmonum accedit, tamen non semper paralysis neruorum pro causa huius morbi habenda, verum catarrhus suffocatius, vt supra (p. 50 sq.) iam demonstrauimus, saepe potius subitae pulmonum a sanguine oppletioni tribuendus est.

Omnium minime autem ea, quae Cl. *Lorinser* de apoplexiā pulmonalis ratione tradidit, ad haemoptysin, quantumvis grauem et copiosam, quae *actiua* vocatur et frequentissima est, transferenda

k) Diss. de catarrho suffocat. §. II.

l) p. 79. §. 2.

sunt. Huic enim irritabilitas cordis et vasorum sanguineorum aucta, orgasmus sanguinis, motus febriles aut adeo vehemens febris et inflammatoria pulmonum affectio potius subsunt, quam debilitas siue paralysis. Atque ideo quoque remedia excitantia, Infusa plantarum aethereo - oleosarum, Chamomillae, Valeriana etc., aut Naphth. Vitriol. s. Tinct. Valeriana aether. c. Liqu. C. C. succ., quae Cl. *Lorinser*, vbi primum pulmonum a sanguine oppletioni Venae-sectione et aliis euacuantibus et deriuantibus occursum est, aduersus debilitatem aut paralysin neruorum pulmonum proposuit, neutiquam idonea sunt. Saepius vero etiam ipsius catarri suffocatiui s. apoplexiae pulmonalis paroxysmum febrem inflammatoriam et peripneumonicam quandam affectionem sequi, supra (p. 53.) iam dictum, atque tunc per omne tempus a remediis antiphlogisticis et deriuantibus praesidium petendum est.

DEMONSTRATIO
HYDROCEPHALI HUMANI
MEMORABILIS

IN

CONSENSU SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM GOTTINGENSIS

DIE XXV. NOVEMBRIS MDCCXXXVI.

EXHIBITA.

A

C A R O L O . H I M L Y.

Regiae literarum societatis sodalium oculis sceleton subiicio, quod stupore et misericordia animum quemque quam maxime afflaturum esse censeo, hydrocephalum scilicet ingentis magnitudinis. Miser, cuius reliquias nunc adspicimus, ad duodecimum et quod excurrit annum vitam protraxerat, illo non solum capitis vizio, immo vero ossium aliorum emollitie nec minus magna defiguratione vexatus.

Quem quum viuum examinandi mihi data fuerit potestas, quae ipse examinibus repetitis de miseri infantis eiusque parentum vita comperi, tum quae ab aliis artis medicae peritis, inter quos dilectum amicum et quondam discipulum Doctorem *Wedemeyer*, cui prius Hannouerae casum examinandi occasio se obtulit, nomino, in infante viuo obseruata mecum communicata sunt multa notatu digna Vobis tradere liceat.

Totum cranium quasi globum exhibet in basi magis extensum, in vertice autem plus minus conicum e segmentis quatuor magnis compositum, quorum fines sunt suturae coronalis et sagittalis magis depressae; ita ut primum segmentum ab ingenti osse frontis, secundum et tertium ab ossibus petrosis et lateralibus formentur, quibus quartum, sed minus, tanquam appendix superadditur, nimirum os occipitis. In osse frontis insignia duo tubera frontalia conspiciuntur, nulla suture ab inuicem distincta, cuius vestigium solum supra nasum adest. Pars orbitalis eiusdem ossis tam declinans est, ut orbitae ipsae arcu supraorbitali careant, et, coni horizontalis loco, figuram coni fere verticalis nactae sint, in cuius fundo oculi ipsi a margine orbitae inferiore tecti absconderentur. In superficie interna huic ossi, nec non ossi ethmoidali, tanta est declinatio, vt laminae cribrosae ipsius foramina, a magna crista galli diuisa, iusto obliquiora facta sint. Eadem conditio in permagna sella turcica videri licet, et in parte condyloidea ossis occipitis, ita vt totum spatium a facie interna partis orbitalis ossis frontis ad foramen magnum ossis occipitis planum sit quam maxime inclinatum.

Pars squamosa ossium temporum valde protuberans lateraliter et deorsum ossi zygomatico maxime appropinquatur, vt fossa zygomatica vix vlla adsit et meatus auditorius valde comprimetur. Tantae protuberantiae magna excauatio cranii hac in regione respondet, si internam eius superficiem inspicis, loborum cerebri posteriorum sedes, cui magna ala ossis sphenoidei (hic maxima) superincumbens atque os petrosum fines sunt. Nec minus suggestum cerebello ab osse occipitis hemisphaerii in modum protuberante, paratum est: pars eius condyloidea a basilari iam distingueda.

In suprema ossium bregmatis frontisque parte fonticuli duo figurae irregularis oculis sese offerunt, divisi a parte ossea duo et quod excedit pollices lata. Tam dexter minor, quam sinister

maior membrana tenuissima et nunc pollucta tecti sunt. Qui hiatus, etsi, ossibus frontis et lateralibus tantopere distantibus, materie ossea replori non potuissent, tamen naturae ad hunc defecum corrigendum conamina admodum conspicua sese manifestant. Totum enim spatium, quod suturam inter coronalem vtriusque lateris et sagittalem interest, praeter membranam illam tenuem ossiculis numerosis intercalaribus, siue Wormianis, maximam partem vnum vel duo pollices latis, est impletum; quae ossicula fonticulos non solum circumdant (rudimenta ossiculorum minima, et propter vim productiuam non satis magnam tenuia et squamosa ultimi fines eorum sunt), sed etiam pontis, qui ipsos dirimit, partem constituant. Omnino ossium intercalarium tanta farrago suturarum et coronalis et squamosae et occipitalis locum tenet, ut nullo modo numerari possint. In sutura sagittali nonnulla tantum conspicuntur. Cranium ipsum in parte posteriore crassius, quam in anteriore.

Ossa faciei a magnitudine et positione, quas habere solent, minus discrepant. Nam praeter superiorem maxillam prominentem, inferiorem vero retractam atque distortam, ita ut dentes inferiores, maxime propter obliquam eorum positionem, longe post superiores positi sint, nil nisi concharum narium declivitas maxima a toto sincipite declivo dependens, notandum est. Praeter quatuordecim dentes, quoad maximam partem cariosos et peruerso ordine maxillae superiori insertos, duo alii insuper secundi ordinis supra dentes bicuspidos tabulam maxillae externam perforant: maxillae inferiori dentes etiam quatuordecim insunt.

Extremitatum peluisque ossa omnibus rhachitidis signis excellunt, succulenta, emollita et deinceps curuata, ita ut illae, quum infans vel in lectulo, vel in matris gremio non satis commode semper cubuisse, huic positioni sese accommodassent. Brachium sinistrum, verbi causa in angulum reflexum et manus dorsum natibus incubuisse, manum vero dextram prorsum et sursum porrectam,

extremitates ambas inferiores mirum in modum incuruatas atque desiguratas, tamen normam quandam retinuisse videtis, quum modus curuaturae iis sit idem. Vnorum duorum cum manubrio figuram simulant. Tibiae et fibulae circumflexae sunt tali modo, ut calcanei vsque ad caput fibulae adscendant, plantaeque pedum nihilominus ad faciem sceleti auersam reflexae sint eorumque dorsum a media tibiae fibulaeque flexura tectum.

Cauitas pelvis minima, quum et ab ossibus omnibus ipsis, quae pelvum constituant, inflexis (literae: **V** figuram propemodum oculis offerunt) et a vertebris lumbalibus vltimis dextrorum imminentibus coarctetur. Praeter illam vertebrarum vltimarum flexuram vix vllus morbus in spina dorsi obseruari licet. Thorax justo amplior esse videtur a costis veris infimis deductis.

Capitis sceleti dimensiones haecce sunt:

1. Peripheria a mento ad suturam coronalem vsque: $14\frac{1}{4}$ poll. cum Calenbergium.
2. — — a spina nasali vsque ad suturam coronalem: 11 poll. Calenb.
3. — — a sutura coronali ad foramen magnum ossis occipitis: $16\frac{1}{2}$ poll.
4. — — a sutura squamosa vna vsque ad alteram circa nasum: 12 poll.
5. — — a meatu auditorio vnius lateris ad eundem lateris oppositi circa verticem 28 poll.
6. Circumferentia maxima capitis circa frontem et os occipitis: $33\frac{1}{4}$ poll.
7. Diameter a medio fronte ad medium partem ossis occipitis: $9\frac{1}{2}$ poll.
8. — — a mento ad verticem: 11 poll.
9. — — ab altero osse bregmatis ad alterum: $9\frac{1}{2}$ poll.
10. — — a vertice ad medium foraminis magni occipitalis: $10\frac{1}{2}$ poll.

11. Fonticulus minor $4\frac{1}{2}$ poll. longus, 3 autem latus est.
12. Fonticulus major $6\frac{1}{2}$ poll. longus, 3 vero latus.
13. Orbitae a cantho externo ad internum diameter $1\frac{3}{4}$ pollicum est; a margine superiore ad inferiorem 2 pollicum.

Maximam hujus capitinis peripheriam, $33\frac{1}{4}$ pollicum nempe, omnia quorum autores mentionem fecerunt, quantum scio, praesertim respectu aetatis habito, magnitudine antecellit. Hydrocephali, quos *Warner a) et Cruikshank b)* conseruauerant, solummodo viginti nouem pollicum fuerunt; hydrocephalo foeminae XXX annorum a *Büttner laudato c)* triginta pollicum peripheria fuit; illi XVII annorum, quam Collega coniunctissimus *Blumenbach d)* in supellectili amplissima conseruat, XXIV et semis pollicum; *Sandifort e)* crania duo descripsit, quorum infantis XIV semisse pollicum, alterum adulti XX pollicum fuit. Maximus forsitan Hydrocephalorum in museo quondam *Loderi* anatomico conseruatorum, quos *Köhler f')* descripsit peripheriam triginta trium pollicum non

- a) BENJAMIN GOOCH *cases and practical remarks on surgery Vol. I.* pag. 37.
- b) IOH. AUG. EHRLICH'S *auf Reisen gemachte Beobachtungen.* Leipzig 1795. B. 1, S. 34.
- c) CP. GLI. BÜTTNER'S *Beschreibung eines innern Wasserkopfs und des ganzen Beinkörpers einer von ihrer Geburt an bis in das 31ste Jahr krank gewesenen Person weiblichen Geschlechtes.* Königsberg 1773. et in eiusdem: *anatomische Wahrnehmungen.* Kgsberg. 1769. Kap. 10. S. 132.
- d) I. FR. BLUMENBACH *Medicinische Bibliothek. Band III.* 1788. pag. 626.
- e) SANDIFORT *musaeum anatomicum academ.* Lugdunense Vol. I.
- f) *Beschreibung der physiologischen und pathologischen Präparate, welche in der Sammlung des Hrn. Hofraths LODER enthalten sind.* Th. 1. Leipzig 1795. pag. 103. Nro. 365. Huius descriptionem continet: *KALTSCHEIDT progr. de hydrocephalo interno rarae maguire Classis Phys. Tom. VI.*

excedit, et auctor "maximum hoc cranium, ad hoc usque tempus forsitan descriptorum", et foeminae (rachiticae) iam viginti duos annos natae fuisse dixit. Aliud ibidem exemplar quo praesertim memorabile notatum est infantis nouem annorum, ergo aetate demonstrati infantis similioris, cuius cranium autem in peripheria maxima solummodo XXVI pollices metitur. — Proximum erit in museo *Listonii* g) a homine viginti quinque annorum, cuius peripheria pollicum anglicorum 36 illam 33 $\frac{1}{2}$ pollicum Calenbergenium non superat. Totum, quod nunc videtis, skeleton, ab atlante ad extremam pedis partem pollices viginti quinque cum dimidio longum, si totius corporis longitudinem compares, cum illa capitinis (10 $\frac{1}{2}$) ratio erit = 5:2 circiter. Nunc *ad vitum* huiusc miseris fine conuerto.

Nicolaus Kosingk infans spurius in pago Hannouerano natus est, a patre molitore tum temporis triginta octo, matre vero viginti duos annos natis. Parentes eorumque cognati semper bona valetudine gauisi fuerunt, si febrem intermittentem excipias, qua pater semel affectus fuit.

Mater, quae post conceptionem nunquam cum stupratore cohabitasse affirmat, grauida nulla aegritudine affecta, et hunc filium, et, postquam stuprator pluribus annis post eam in matrimonium duxerat, duos liberos sanos insuper partu edidit. — Parentes caput huius infantis natu maximi magis magisque emolliri atque extendi primo aetatis semestri sese obseruasse, quo fere tempore extremitates inferiores etiam, etsi infans nunquam iis usus esset, deinde vero superiores indies curuari coepisse retulerunt. De

tudinis, quod progr. adiectum est dissertationi inaugurali: MITTEL-HAEUSER *de via chyli ab intestinis ad sanguinem*. Jenae 1752. cum tabula aenea (non satis correcta).

g) MACKENZIE illustrations of phrenology Edinb. 1820. p. 24. et Pl. VI, fig. 3.

vitao anno, quo hae figurae mutationes maxime excelluerint, nil certius dici potest, quum quae, a parentibus de hac re relata sunt in hac vrbe et Hannouerae, nullo modo plane congruant. Mator, infantem semper secum portans, ad *septimum* vitae annum eum continuo suo lacte nutriebat, quo tempore iterum grauida alia nutrimenta ei porrexit.

Primo vitae anno dentes superiores primi prodierunt, quos paullo post lapsos noni altera vice a septimo ad duodecimum vsque annuni, post breue tamen temporis spatium carie vitiati, securi sunt.

Quo factum, vt nutrimenta, inter quae praesertim panem, solani tuberosi tubera, nutrimenta farinacea et carnem, mater praemanderet necesse fuerit. Radices dauci carottae crudas et cerasa acida aliis fructibus praeferebat, mel vero et syrupum sacchari respuebat. E nutrimentis fluidis lac ebulyratum, acetum vini aqua dilutum, decoctum mali deliciae erant, quas lacti dulci, coffeae aliisque anteponere solebat; omnino maioris appetitus nutrimentorum acidorum multa indicia adfuerunt. Excrementa iusto solidiora saepe altera die, nec sine dolore, deiicere solebat.

Somnus a sexto mense inquietus erat. Insultus complures eclampsiae ad deformitatem extremitatum inferiorum, nullo autem modo superiorum, prouocandam magni momenti fuisse dicunt. In miserum infantem sex annos natum variolae irruerunt, sine ullo damno, quid quod ne cicatrices quidem reliquerint. Anno nono oculus dexter protrudi, valde inflammari et maximam partem exulcerari coepit. — Medicamina perpaucia parentes adhibuerunt, v. c. emplastra, sed frustra: doctissimi Albers Bremani consilio, qui caput galea aenea obducendum esse aestumauit, postquam parentes annuerant, infans doloribus cruciatus videbatur, ita vt sex septimanis praeterlapsis ab illa abstinere coacti fuerint.

Infans nouem annos natus in hac vrbe et alibi producebatur. Caput tunc vidi horrendum ingens, maius immo quam nunc conspicimus, capillis fuscis et longis, sed propter ipsius magnitudinem parcis, tectum; circumferentiam capitinis, circa frontem et occiput mensuratam, tum *triginta quinque* pollicum, circa mentum et verticem *triginta septem* pollicum esse reperi; ad suturae sagittalis latera ab osse frontis usque ad os occipitis nulla materie ossea clausum, (lamina ossea excepta, quae in illa regione tanquam ossificationis vestigium sentiri poterat) ita ut seri, quo caput repletum erat, Undulationes a digito premente facilime distinguuntur possent; cutem capitinis sordibus obductam, quas absteras continuo renouari mater dixit; oculum dextrum penitus destructum, sinistrum versus marginem superiorem orbitae protrusum, lacrymis multis semper humectatum; iridem fuscam lucem sequi; narium superficiem internam sicciam propter peruersam viarum lacrymalium positionem (nunquam coryza obnoxius fuisse dicitur); genas rubras; aures externas normales, cerumine obstructas; palatum demissum; linguam crassam, difficultime mouendam, deglutitionem difficultem. Maxilla superior protrusa, inferior retracta; thorax normalis fuit. Thorax ipse et abdomen calore normali gaudebant, quo autem extremitates distortae gelidae et nullis crinibus tectae, nec satis pingues carebant. Abdomen aequae ac genitalia normalia; nec illud iusto turgidius. — Appetitum infantis eum adulti aequare, quod nunquam tamen stomachum aegre tulisse mater affirmavit. — Ungues extremitatum tam superiorum, quam inferiorum, paralyticorum celeriter crescebant, quod Dr. Wedemeyer etiam in hominibus ex apoplexia paralyticis sese obseruasse dixit; phaenomenon forsitan a nimia vi systematis vegetatiui deriuandum, dum functiones mentales suppressae sunt.

Urinae quantitas parua nonnisi ab infante admonito frequenter reddi solebat. Ipsa subflaua, mox sedimentum mucosum, et crassum demisit.

Analysis chemica, quam Cl. *Gruner* Hannoveranus, a Cl. *Wedemeyer* rogatus, instituerat, hanc ab aliorum hominum urina mirum discrepare docuit.

Continere enim, Cl. *Gruner* retulit, nullam calcem phosphoricam et principium uricum, paullulum acidi urici, salium sulphurorum atque albuminis, maiorem ammonii vel natri quantitatem, maiorem muci copiam, paruam acidi lactici, salia muriatica nulla.

Quod attinet ad functiones sensorii, *cutis* valde sensibilis erat, *lingua* tanta gustandi facultate praedita, ut solutionem sacchari albi et pellucidi (*Kandis*) discernere potuerit; *nares* olfactui, et *aures* auditui bene praestabant. *Musices*, imprimis symphoniae Turcicae, nullo autem modo sibili strepitusque amator fuisse dicitur, ita ut cantus soporem producere valeret. *Unius oculi* videndi facultas perfecta.

Risus et fletus vehementes saepe inuicem sese excepérunt; soni quidam v. c. tussi, vel sternutatione producti et corui vox infantei ipsum plorantem in contrarium paroxysmum tantae vehementiae vertere solebant, ut suffocationis periculum afferre potuisent. Ipse hos sonos tres interdum imitabatur; praeter quos non nisi verba: “*Ja*, *Nein*” et “*Papa*” pronunciauit. Num sonorum effectus ille insignis ab ossiculis caui tympani peruerse positis, vel a neruis acousticis repetendus sit, difficile dijudicatu est.

In sensum communem infantis coeli mutationes maxime influxisse dicunt, vnde parentes e vario faciei colore, nec non e vultibus infantis tempestatem praesagiebant. Attamen notandum est, quod parentes, per vrbes pagosque vagantes, filiumque animalis peregrini instar lucri causā secum ducentes, de ipso forsitan plura confabulati fuerint. Itaque ne ipse quidem mihi persuasum habere possum, eos vbique eadem retulisse. Tempestatei frigidam melius ferebat, quam calidam, quo tempore sanguis versus caput ingens congestus, dum truncus atque extremitates minus incalescerent, miserum valde turbauit; cuius rei ipse testis fui.

Mense Iunio anni millesimi octingentesimi decimi noni corneam oculi hucusque sani infantis, duodecim et quod excurrit annos nati, turbidam et opacam reddi, oculumque ipsum paullatim coecum fieri mater obseruauit, ita ut, si mater manum oculo admoueret, nullum palpebrarum motum discernere licuerit. Omnino a mense Martio eiusdem anni varia symptomata morbosa sese parlam fecerunt, scilicet lienteria, diarrhoea cruenta, nullum ciborum desiderium, miliariae, dysuria; excretio vrinae fusci coloris atque linteae nimis tingentis, cutis excoriationes producentis, odorisque foetidi. Tantum inter haec infanti erat iudicium, facultasque percipiendi, vt linteae madefacta aegre ferret. Manus, pedes et genitalia oedematosa frigidiora facta sunt, caput vero propter sanguinem in illud congestum, venis magnis insignitum, tumuit et erubuit. Cor, quod hucusque sanum fuerat, palpitare coepit, tussis continua et vehemens, sputa eiiciendi nulla potestas. *Berger*, prosector quondam Brunsuicensis, infantem triginta sex vicibus spiritum ducere, cor eius septuagies sexies per minutam primam pulsare obseruauit.

Quum ad mortem infantis usque certam pecuniae summam quotannis parentibus largitus sim, hi infantem, die vicesimo primo mensis Iulii anni 1819 Einbecca mortuum, sed propter aestatem feruidam semiputridum, me absente, huc portarunt. Propterea nil nisi ossa conseruare licuit; obseruationes nonnullas de vitae diebus supremis *Dr. Firnhaber*, tum candidatus medicinae et in nosocomio academico degens, collegit.

Itaque cerebrum curatius examinare proh dolor! non contigit; ex analogia tamen concludendum est, seri sedes fuisse ventriculos cerebri, quorum parietes explicatae sint atque tenuiores redditae. Ossa caluariae ex impetu seri emollita et destructa esse vix credo, quum et in hoc casu, vt in aliis similibus, rhachitis valde conspicua adisset. Attamen emollitiei ossium nomen praferrem, quum

serius, quam rhachitis, sese manifestauerat, sine magna epiphysium, thoracis spinaeque dorsi mutatione. Nullo autem modo de originibus mali hypothesin construere audeo.

Nunc in fine noviorem hydrocephali casum in Ephemeridibus sub nomine: *the Lancet* Vol. II. Londini 1824 pag. 19. memoratum, quoque gradu, praesertim autem quia aeger annos viginti nouem natus tunc adhuc vixit, memorabilem adiiciam.


I. Cardinal annos viginti nouem natus in *Mosocomium* admissus est, mense Aprilis anno 1822. hydrocephalo chronicō affectus. Mater eius dixit, caput filii sui die natali maiuscum esse quam in infantibus commune sit, idque paulatim increuisse, donec annum aetatis quintum adtigerat, quo tempore caput eius talis erat magnitudinis, quale hodie inspicere licet. Corporis exigui est aegrotans; statura quinque pedum et quinque pollicum; facies macilenta, oculi subfuscī, vox acuta, membra extenuata, sed nulla, vt videtur, organorum defientia.

Caput eius magnitudinis mirabilis est; circumferentia $33\frac{1}{2}$ pollicum, spatio ad extrema utriusque auris $20\frac{1}{2}$ pollicum; a tuberositate occipitis ad radicem nasi emetitum $21\frac{3}{4}$ pollicum. Summi capitidis depressio est quam notatissima; os frontis satis prominens; tuberositas occipitis projecta. Circa duos pollices supra tuberositatem cranium valde projectum. Intra fere quinque annos proximos conuulsionibus epilepticis laborauit, quibus maxime affligi solet, ubi animus aliquo modo irritatur. — Conuulsiones quoque fere mense recurrent; signa paroxysmū praecedentia sunt torpor posterioris partis capitidis prope os parietale dextrum, dolorque acutissimus in regione occipitis. Digestio haud mala, aliud vero aliquando torpida, iisque temporibus recurrit epilepsia. Non potest plusquam pauca spatia ambulando confidere, quoniam caput eius enorme cito vertigine corripitur. Appetentia cibi naturalis est. Capilli capitidis rigidi, nulla barbae signa; ipse vero affirmat

sibi ter quaterue anno opus esse tonsoris auxilio. Congressum veneum nunquam initit; erectiones vero habet naturales, coitusque voluptates vehentissime desiderat; interdum poscit, efflagitat. Prorsus singularis est huius hominis status physicus, quoniam de his rebus interrogatur. Color certus in genas alioquin pallidas ruit; oculi mican, os semihuncum cachinno distenditur, totumque corpus nescio qua perturbatione exagitari videtur. Nescit an semen unquam noctibus emiserit; bene dormit, salusque generalis, ut dicitur, minime prava. Nonnunquam lectione animum recreat, nec ars scribendi ei prorsus ignota; quae regere solet hand equidem memoria tenet, sed libris religiosis maxime gaudet. Satis sorte contentus videtur, dicitque se nunquam velle e nosocomio egredi."



Hinly demonstr. hydrocephali. C. Tom. VI.



DE
CEREBRO, AQUA INGENTI SACCI-
FORME DISTENTO, CUM NONDUM
PERFECTO CONFERENDO.

C O M M E N T A T I O
IN CONSESSU SOCIETATIS
DIE III. FEBR. MDCCCXXVII. RECITATA

A

CONR. JOH. MART. LANGENBECK.

1.

Anatome pathologica physiologiam informat — grauissima vero vox! — Nec minus verum dictum habetur: — physiologiam informare pathologiam. — Quamquam ad eruendam et explicandam morborum naturam multum confert anatome subtilior, tamen indagandae partium structurae cadauerum, statum normalem praebentium, disquisitio non semper sufficit, et etiam ea, in quibus partes spectandae in statu pathologico se habent, examinanda sunt.

2.

Vt variae exerceantur functiones, corpus humanum variis organis instructum est, ex quo sequitur, nonnullos morbos non prius, quam organa adsunt, aut saltem perfecta, existere. Et quamuis prouinciae sint multiplices, tamen omnes quoad structu-

ram ac functiones organis cognatis praeditae sunt. — Et sic etiam, analogice concludens, hydrocephalum, quem dicunt internum, nimiam aquae in cerebri ventriculis accumulationem scilicet, comparo cum ascite, hydrothorace, ac cum ovarii hydrope; nam cauitates, aquae accumulationi praeter naturam obnoxiae, membranis serosis vestitae sunt. —

3.

Cerebri cameras intus conuestit tenerrima membranula, quam vocant epithelium, quae iusta quantitate secernit humorem; ergo talem, qualem pleura ad thoracem, et peritonaeum ad abdominis cauum, — ad cerebri cameras rationem habet. Et ubi sunt bursae serosae, ibi etiam secretio humoris nimis magna incipere potest.

4.

Prius, quam de cerebri, aquae pleni, conditione disseram, liceat mihi, quaedam de cerebelli ac cerebri structura et conditione a prima formatione usque ad perfectam atque statui normali aptam conformatiōnē p̄aemittere, qua ex comparatione, quanta sit similitudo inter utrumque, elucet.

5.

De eo, cerebrum medullae propago sit, an contrarium, non est disputandum; quia medulla prius, quam cerebrum, adest, quin in embryone, cui cerebrum deest, exstat. Quare a describenda medulla inchoabo: — Massa medullari genita, adsunt vasorum fasciculi, e quibus secernitur materies mollis consistentiae. — In embryone mensis primi et secundi medullam spinalem veluti tubum membranosum inuenimus, nec ullum unquam structuræ fibrosæ vestigium visum est. —

Secundi mensis finem versus contentum pulti simile appareat. — Quarto vero mense inchoante, tenues fibrae longitudinales perspicuae sunt, quae fasciculos formant, quibus medulla sic in duas

partes diuiditur, vt inter illos haereat canalis sic dictus spinalis, qui in quorundam animalium medulla perdurat, in hominum medulla non nisi sulcum relinquit. — Quo magis volumine crescent medullae fasciculi, eo magis structura cava in solidam immutatur, et quartus ventriculus, pro canale spinali reliquo habendus, oriatur: — medullae fasciculis, inferius stipatis, superius a se descendentibus. — Quo facto, hi fasciculi cerebellum, cuius radices habendi sunt, intrant.

6.

Cerebellum e his fasciculis, quos medullae oblongatae crura ad cerebellum appello, concipitur, dum quilibet submittit folium medullosum, quod introrsum se flectit, et cupide acriterque propagatur. — Confluent haecce cerebelli primordia tandem super ventriculo quarto, vnde crescit massa a centro ad extus. — Fruges duplices generis sunt: — Ad primum partes, ex quibus vermes sic dicti constant, adnumerandae sunt, alterum complectitur hemisphaeria. — Qua planta magis magisque cerebellum incrementum capit, radices arborescent, e stirpibus gignuntur trunci, quorum alter est erectus, alter procumbens, et e truncis procedunt surculi, folia tenuia emittentes.

7.

Nunc ad cerebrum transeamus.

Striis medullaribus se extensis, medulla oblongata ad hemisphaeria cerebri exit, quorum primordia sunt: — primum pyramides, — tum striae medullares oliuarum, — deinde fibrae, lemniscum construentes, — deinceps fasciculi, in quarto ventriculo pyramidibus exaduersum siti, quos medullae oblongatae crura ad corpora quadrigemina appello. Omnes hae fibrae variant cursu, quarum aliae recta linea procedunt, aliae transuersam persequuntur viam, et vt pliores atque numero plures in multa loca distri-

buantur, quadam massa pulposa, cerebris gaudente vasculis, fouentur alunturque, cuius finis sunt ganglia.

8.

Pyramides diuergendo pontem Varolii transeunt, ex quo auctae exeunt, et crura cerebri formant, quorum fila, iam nunc magis diffusa, thalamos neruorum opticorum et corpora striata intrant, e quibus radiorum instar excurrentia, in membranam teneram explicantur. Nonnullae fibrae transeunt corpora oliuaria, quo facto, harum idem decursus est. — Aliae fibrae, utroque latere corpus oliuare inter ac corpus restiforme enatae, crura cerebelli ad corpora quadrigemina supereuntes et corpora quadrigemina ingredientes, a gangliis maioribus, nempe thalamis neruorum opticorum et corporibus striatis, accipiuntur, et etiam in teneram membranam nerueam transmittuntur. Omnibus hisce fibris illae, quas crura medullae ad corpora quadrigemina appellaui, in decursu ad membranam nerueam sociae se adiungunt.

9.

In embryone bimensi ganglia — corpora striata, thalami neruorum opticorum, corpora quadrigemina — intecta nudaque conspiciuntur. — Multa in posterum adduntur semina, unde tenerrima membrana possit augescere; undeque tecta se tollant a parte anteriori ad posteriora, et ab intus ad extus, quae denique ad extremum crescendi finem perducuntur, donec tenerrima membrana ganglia saciforme inuoluat, paullatimque se disperget et gradum hemisphaeriorum scandat completorum. — Ut cerebralis massae tantum capere caluaria possit, quantum satis sit ad agendum, magis magisque solidior fit, et semina alia aliunde coeunt, vt agmine condensato naturam hemisphaeriorum explant. — Eundem ad finem membrana plicatur et in gyros conuoluitur. Quo solidiora facta sunt hemisphaeria, eo angustius fit, quod iis subest. Qua ra-

tione nil caui ampli, membrana antea subtili obtecti, nisi ventriculi, superest.

10.

Striae medullae oblongatae, in hemisphaeria, siue membranam subtilem, se diffundentes, reflectuntur ad intus et medium in cerebrum, ac constituant ventriculorum lateralia tegmen, — centrum semiouale Vieussenii —, vnde fibrae transversales vtriusque hemisphaerii cerebri in commissuram maximam — corpus callosum — concurrunt. — Vti hemisphaeria cerebri singulis mensibus pedetentim et gradatim ad extremum crescendi finem perducuntur, ita corpus callosum posteriore versus porrigitur, quod in cerebro embryonis bimensis et ineunte tertio nondum adest, cuius primum vestigium non nisi tertio exeunte mense animaduerti potest, et quidem ad instar angustae trabis, qua antrorum hemisphaeria copulata sunt, dum eorum medium et extremum nondum cohaerent. — In cerebro perfecto autem bina hemisphaeria vbique corpore calloso inter se cohaerent. Ad corporis callosi posteriora accedunt illae hemisphaeriorum fibrae reflexae, quae ventriculorum lateralia cornua media atque posteriora percurrunt; hoc in decursu transeunt ganglia — cornua Ammonis et pedes hippocampi minores —, et decussant fibras, crura cerebri formantes.

11.

Praeter hanc commissuram maximam adsunt etiam commissurae, siue trabes, minores, quibus inter se iunguntur cerebri hemisphaeria, quarum in numerum refero: — primum septum pellucidum, cuius laminae fibrarum corporum striatorum propagines sunt, quae, ex horum superficie interna exeuntes, decussatae ad corporis callosi genu atque faciem internam transeunt, vnde ad forniciem abeunt; deinde fornicem, cuius radices crurum cerebri, thalamos neruorum opticorum ingredientium, propagines sunt, quae, ex hisce

gangliis emergentes, iterumque ganglia, — corpora mammillaria — penetrantes, in crura fornicis sic dicta anteriora se propagant. Haecce crura fornicis corpus constituunt, cuius fibrae retrosum a se discedunt, et crura posteriora formant, quae cum cornuum Ammonis fibris commiscentur; tum paucimenter medullosum, tertio ventriculo subiectum, sic dictum tuber cinereum, quo crura cerebri vti bina tigna inter se iunguntur, et quod istorum fibris propagandis productum est; denique commissuram anteriorem atque posteriorem.

12.

Vti medullae oblongatae fibrae in cerebri hemisphaeria propagantur, sic dispergunt etiam in basi encephali plura filaments, quae, postquam per ganglia sua transierunt, atque in illis magis aptae redditiae sunt variis functionibus, serius citius ex encephali basi efflorescunt. Hanc ad modum oriuntur paria duodecim nervorum encephali.

13.

Nunc demum ostendam, quatenus cerebrum, ingenti intra cameras suas aquae copia quam maxime extensem, nondum perfecto aequetur, quod mihi probare posse videor, hydrocephalum eiusmodi internum, accuratissime a me disquisitum, si describam: —

Puella duorum annorum cum dimidio venit in nosocomium chirurgicum, curae meae demandatum, quam, hydrope ventriculorum cerebri affectam, parentes me rogarunt, vt curarem. — Recepit eam, non quo ipsam curari posse confiderem, sed vt'aegrotam obseruarem, nec a fortuna datam occasioneim, si moriatur, cerebri adhuc recentis disquirendi dimitterem.

14.

Hydrocephali diametros a fronte ad occiput octo pollices et quadrantem, ab vno tubere frontali ad alterum nouem et qua-

drantem, et a mento ad occiput decem pedis Parisiensis metiebatur. Linea, usque in capitibus circumferentias ducta, viginti et septem pollices eiusdem pedis aequabat. — Fontanella anterior maxima erat, cui impositi digiti aquani fluctuantem facile deprehendebant. — Nil fluidi sub integumentis communibus animadvertisse poterat. Penitus stupida fuit puella, caruit loquendi facultate, sonos edidit ore dissonos. Facies, a mento ad glabellam duorum pollicum cum duabus lineis alta, fere fronti prominenti subiecta. — Oculi depresso, motu carentes, semitecti, et crebre lacrymantes. — Puella caput non poterat erigere, lecto continuo occiput adfixum. Vixit in nosocomio viginti hebdomades, et subita morte extincta est.

15.

Sectio capitinis haec docuit:

Fontanella maior pellucens, sic ut cerebrum per hanc conspici posset. Caluaria tenuis. Os occipitis continuo iacendo planum et depresso, vasorum absorbentium vi uno loco, formae rotundi foraminis, membrana non obtecti, perforatum. Maxime distenta ossa bregmati regione tuberum parietalium. Inter ossa parietalia et os occipitis multa ossicula, in quorum medio foramen, membrana obturatum, interiecta. Sutura ossi frontis nulla, lamdoidea, coronalis et squamosa occlusae, non item sagittalis. — Caluaria dissecta caute prouideque remouenda erat, quippe quae arctior, quam solebat, durae matri inhaereret, et cauendum, ne discerperentur cerebri hemisphaeria. Illa sine vlla hemisphaeriorum laesione detracta, nil fluidi inter caluariam et duram matrem adsuit, nec inter caeteras meninges, nec inter cerebrum et piam matrem.

16.

Nunc de notatu dignis in ipso cerebro:

Quantia caluariae, tanta cerebri distentio. Intercitium inter virumque cerebri hemisphaerium, in quod falk durae matris maior

descendit, nullum. Corpus callosum aqua, in cerebri cauo accumulata, tantopere in sublime elatum erat, vt ossibus adiaceret, et cum hemisphaeriis in planum deductum esset. Hemisphaeria explicata, et sulci aequati erant, sic vt illa cum corpore calloso, vesicae, aqua plenae, ad modum expansa essent, quorum substantia tam tenuis, tam pellucida, vt per aquam numerabiles alte partes cerebri omnes essent. Tenuissimum erat corpus callosum, eiusque structura delicatissimae membranae instar. Palma manus, alteri imposita hemisphaerio, dum alterius digitis oppositum placide pultabatur, aquam fluctuantem percipiebat.

17.

Hemisphaeriis circumcisisis, excepta parte anteriori, et antrorum versus reuolutis, vnum cauum, aquae plenum pellucidae, detectum erat, cuius paries internus leui membrana, iusto densiori, vestitus erat. — Fornix tanta destructione, vt nil nisi tenerima fila duo conspicerentur, quae mihi epithelii fornicis reliquiae esse videbantur; nec vlla crurum fornicis posteriorum, cornuum Ammonis, neque pedum hippocampi minorum vestigia animaduerti poterant; at fornicis crura anteriora formae normalis. Commissura anterior absuit, nec non sic dicta mollis; adfuit vero commissura postica, solito longius producta.

18.

Thalami neruorum opticorum minori, quam esse solent, amplitudine, condensati, arctique cerebri cruribus haud dissimiles, quibus autem corpora striata ampliora. — Gangliis hisce epithelio nudatis, striae medullares quam maxime clarae et distinctae in conspectum veniebant. Inter thalamos neruorum opticorum recessu ventriculus tertius sueto major ampliorque apparebat. Pone tertium ventriculum corpusculum subrotundum, duriusculum animadvertebatur, quod mihi esse videbatur glandula pinealis indurata.

Corpora

DE CEREBRO, AQUA INGENTI SACCIFORME DISTENTO ETC. 81

Corpora quadrigemina, quamquam exigua erant, et forma et
situ facile cognosci poterant.

19.

Circa cerebellum nil insoliti, neque circa formam, neque substantiam. Medulla spinalis et oblongata plane normaliter formatae. Quartus ventriculus amplior, quam hac aetate esse solet. Crura medullae ad cerebellum tumidissima. Valuula cerebelli tali, quali in statu normali, forma. *Aquaeductus Sylui* naturali ambitu.

20.

Iam de his, quae de basi encephali proponenda sunt:

Pontis Varolii et crurum cerebri integra conditio conseruata. Tertii ventriculi paumentum pellucidum atque tam tenue, quam membrana delicatissima. Corpora mammillaria non visa. Glandula pituitaria naturali magnitudine. Infundibulum nil abnorme exhibens, non apertum, tertii ventriculi paumento affixum. Nerui normales erant, et quoad formam et substantiam, exceptis neruis olfactoriis et opticis. Illi tenuiores, hi ex toto fere exhausti, quorum circiter nil nisi chiasma superfuit. Eo loco, quo hi circum cerebri crura ducuntur, mihi ita absorpti esse videbantur, vt solae graciles, vix perspicuae, fibrae reliquae essent.

21.

Si cerebrum, fluido scatens, atque ad immensam magnitudinem extensum, cum eo embryonum bene comparamus, satis obuium erit intellectu, in quantum sit illi cum hoc similitudo. Quae qualis sit — exponam: —

Primo pertinet haec ad magnam hemisphaeriorum analogiam, quae in modum vesicae extensa sunt. Quo habitu aequat cerebrum hydropicum ei embryonis quarti, quinti, sexti mensis.

Secundo aliud alteri in eo simile est, quod hemisphaeria, sacciforme distenta, vnum solum cauum obtegant, in cuius fundo

iacent cerebri fundamenta. Quod attinet ad hoc, cerebrum hydropicum cum eo embryonis comparari velim, quo tantum fornicis futuri significationem crura fornicis anteriora praebent, idque circa mensem tertium, vel quartum.

Tertio vti absunt in cerebro hydroperico cornua Ammonis, pedes hippocampi minores, atque eminentiae collaterales Meckelii, ita etiam desunt in cerebro embryonis mensis secundi et tertii.

22.

Antequam causam hydropsis ventriculorum cerebri proximam et naturam aggrediar, et exquiram, quo tempore hydrops ventriculorum enasci, et quomodo cerebri supra memoratus status morbosus effici queat, commemorare conuenit: — quot genera hydrocephali interni sint: —

Hydrocephalus internus generatim aqua sub caluaria est, — speciatim exsudatio aquosa: —

primo inter caluariam et duram matrem;

secundo inter hanc et Arachnoideam;

tertio inter hanc et piam meningem;

quarto inter hanc et cerebrum ipsum;

denique intra cerebri cameras, quam speciem iure hydropericem cerebri appellare possumus.

23.

Aqua vt sit sub caluaria, causae hae sunt: —

Primo si vasorum absorbentium et exhalantium systema non iuste operatur. Quae species, postquam cerebrum omne absolutum est, citius serius modo acuta, modo chronica enasci potest. Haec species est morbus secundarius, variis affectionibus morbosus primariis ortus, qua praecipue laborant pueri, et ex his maxime scrophulis, vermicibus, et alio vitioso abdominis statu affecti, atque difficiili dentium eruptione excrucianti. Oboritur etiam hydrocephalus istiusmodi ex inflammatione, et acuta et chronica, imprimis metastatica, ex qui-

bus iste morbus tanquam stadium frugiferum, siue secretionis contingit. — Diagnosis haud facilis est, cum caluaria de forma naturali non decadat, de qua etiam ideo non decadere potest, quod non tantum aquae diffunditur, quantum, caluaria distendatur, necesse est; scilicet magis secretionem lymphatico-gelatinosam, ad modum exhalationis plasticae, siue purulentae, super omne cerebrum diffusam, quam fluidum in uno solo continentis inuenies.

Secundo oboritur aqua ingens sub caluaria — inter hanc et cerebrum —: cum natura creatrix, dum cerebri formam in foetu nondum ad extremum crescendi finem perduxit, auctum refrenat, in vasculis, quae secretioni praesunt, metamorphosis adcidit talis, ut magnam aquae vim, cranii cauum maxima ex parte possidentem, cerebrum adhuc inabsolutum inundantem, gravitate prementem, et caluariam distendentem, diffundant.

Hoc inter duas accumulationes aquosas sub caluaria interest, quod haec congenita est, et ad priorem foetus cerebri formam magnitudinemque quoad quantitatem se accommodat; — illa autem post partum in cerebro absoluto oritur.

24.

Quum oboritur hydrocephalus ante partum eo tempore, quo massae cerebri primordia tantum adsunt, tum tanta aquae vis reperiatur, ut caput aqua distentum non nisi perforatorio exhibito nascens procedere possit; sin serius, tum aquae accumulatio minoris quantitatis post partum est, quae etiam sensim sensimque tanto-pere augescere potest, ut caluaria adhuc tenuis quam maxime intunescat. — Hydrocephalus congenitus saepenumero istiusmodi esse videtur, ut aquae exsudatio sub foetuum caluaria non prius, quam in mensibus extremis incipiat, quod mihi ideo verisimile est, quia interdum in infantibus, quorum capita post partum citius serius imaginem hydrocephali interni manifestissimam praebent, illa neque inter partum, neque paullo post magnitudine iusto maiori excel-

lunt, aut saltem non tali, ut morbum praesagire possis, quamquam aqua iam adest. Vicunque sit, tamen ad huiusmodi hydrocephali naturam perlinet dicta vitae vegetatiuae metamorphosis — scilicet loco auctae substantiae cerebralis secernitur aqua, cuius secretio quidem ratione periodi variat, quae tamen semper incipit ante parvum. Quo minor substantia cerebralis, eo maior aquae vis, quod patescit, si consideremus, cerebrum embryonis sere omnium animalium formas percurrende, donec per gradus tandem ad naturam humanam peruererit. Comprehendenda itaque est haec species cum cerebro piscium, quorum hemisphaeria humore quodam, insigne crani spatum occupante, obtecta sunt.

25.

His praegressis, de hydrops ventriculorum natura dicitur: — Si quaerimus, quid sit, quod cerebri hemisphaeria sacciforme extendantur; quid porro sit, quod sub his insignis aqua accumuletur, facile perspicitur, huius status abnormis causas processibus organicis sive vegetatiuis esse tribendas. Si contemplemur, caput atque cerebrum interdum ad immensam magnitudinem extensa esse, non possumus, quin existimemus, hoc non nisi aut in primis periodis cerebri foetalis efflorescentis, aut in regrediendo in statum, cerebro embryonis haud absimile, fieri posse. — Meo arbitrio vtrumque fieri potest.

26.

Si illud spectes, infantes cum hydrops ventriculorum, ex magnitudine capitis praeter normam iamiam inter partum manifestato, nascantur; — si hoc, processus, in statum embryonis regrediens, iam quidem ante partum incepit, sed tamen inter partum quoad magnitudinem capitis non tam clare appareat, ut morbum agnoscere possimus. Cerebralis substantia vero magis magisque absorbetur, et aquae vis tanta secernitur, ut mox ex capitis forma morbus manifestetur. Mea sententia non datur hydrops camerarum

acquisitus tam insigni magnitudine, vt caluaria ad immensam magnitudinem extendatur, sed quicunque, immensa capitis magnitudine manifestatus, pro morbo congenito habendus esse videtur, quippe qui sine vllis processibus organicis praeparantibus non fieri possit, qui processus, vel causae antegressae cernuntur in vasis absorbentibus; supra modum agentibus, vt substantia cerebralis, iam quasi congelata, adeo absorbeatur, vt hemisphaeria quasi excauen-tur. Idem etiam obseruatur in musculis abdominalibus ascite labo-rantium, qui interdum adeo tenues sunt, vt aqua pelluceat, aequae ac intestina.

27.

Quamquam, hydropem ventricorum morbum acquisitum esse, negauit, tamen interdum inuenitur contrarium. Nonnunquam re-vera ventriculi aqua scatentes reperiuntur in illis, quorum cerebrum numeris suis absolutum fuit, idque in infantibus varia aetate, et in aetate adulta, imo etiam in senecta. Evidem ipse ventriculos laterales in femina sexagenaria aqua plenos vidi, sic vt corpus callosum, cuius fibrae transuersales admodum eximie perspicuae erant, vna cum fornice valde distentum ac tenue factum esset, ita vt tactu aqua, sub eo fluctuans, sentiretur. Sed inter hanc aquae accumulationem in cameris et illam, quam non acquisitam, sed multo magis congenitam, esse diximus, ratione formae cerebri hoc maxime interest: — quod acquisita nunquam tanta, quanta illa, fieri potest, et quod porro in hac nunquam hemisphaeria sacciforme extenduntur, quia illie dicti processus organici praeparantes hic de-sunt. — Scilicet perfectissima et solidissima quaeque massa ac forma cerebri vasorum absorbentium vi non in tales indolem regredi possit, qualis est in hydrope camerarum congenito. Quod de hydrope camerarum acquisito dixi, id etiam in cerebro memoratae feminae sexagenariae confirmatum vidi: — Exceptis ventriculis, nul-lum contra normam in cerebro visum.

28.

Tempus, quo hydrops ventricorum congenitus incipere possit, varium est. In vniuersum non prius oriri potest, quam in illis grauiditatis mensibus, in quibus membrana, supra memorata, tenuis, vesicae clausae instar, iam adest.

29.

Ex iis, quae de differentiis cerebri hydropici et normaliter constructi adhuc disputauit, fortasse coniicere licet, quae cerebri partes, siue prouinciae, in homine praestantissimae sint, et quae pro animae rationalis, siue mentis, organo habere possint? Inesse nobis animani, scimus, quae? qualis? et vnde sit? nescimus. Nec anatomi est, rei adeo obscurae et obuolutae naturam inuestigare. Quoniam tamen anima, quidquid sit, cum corpore, praecipueque cerebro arctissime coniuncta est atque cohaeret, et ad agendum materia organisque corporeis indiget, concedendum est corporis humani scrutatori, eius domicilium, omisso possessore ipso, paulo diligentius inspicere atque considerare. — Cerebrum proprium animae organon esse, vix dubitari potest; tamen fuerunt, et adhuc sunt, qui haud certam ei sedem esse contendent. — Si anima natura agens est, cui regimen debeatur, instrumenta etiam, quibus operetur, et quae ad eius nutum ac voluntatem modo moueri possunt, necessaria sunt. — Quae instrumenta, systemata sic dicta, duplicitis generis sunt; — nimirum vegetatiua, quibus mixta et formata corporea integra seruantur, atque animalia, quae animae rationalis munieribus inseruiunt. Ergo est vita nostra duplex, nimirum vegetatiua atque animalis. — Quemadmodum nil ad effectum adduci potest, dum deest id, quod excitat, — ita in ista duplice vita aliiquid immateriale, quod impellat, esse debet. Quod si ita sit, etiam duo statuere principia possimus — nimirum psychicum, atque vegetabile.

30.

Etsi animae rationalis arbitrium haud intra terminos certos coercitum est, quia fibrae cerebri vndique nexae inter se et iugatae sunt, sic, ut cerebrum in vnum coniunctum sit organon; — tamen hae mea opinione prouinciae in cerebro humano nobiliores sunt, quae huic soli insunt, certe in eo perfectiores, quam in vlo alio animali inueniuntur. — Comparandis cerebris hominum, atque ceterorum animalium, horum longe imperfectiora reperimus. In horum quidem nonnullis cerebrum efformatum simile est ei embryonis humani, sed longe abest ab adultorum absolutione. — Amphibiorum verbi causa cerebri hemisphaeria in forma sacci membranacei aequant cerebrum foetus humani trium mensium. — Auium hemisphaeria cerebri maiora sunt, quam amphibiorum, sed deficiunt gyri et corpus callosum, vti in foetu humano priorum mensium. — Mammalia transitum faciunt ad hominem, in quibus simiarum aliquae species proxime ad hominem accedunt. Quarum quidem hemisphaeria magnitudine et concameratione longe superant cetera mammalia, magis referunt cerebrum foetus humani ultimorum mensium; tamen et his grandiora humana sunt, ac plurimis gyris sulcisque instructa. —

31.

Itaque hemisphaeria, multo, quam in simiis, maiora, convexitate ac gyrorum numeris praeualentiora, instrumentum nobilissimum esse videntur, quo principium hominis psychicum agit, idque probabilius etiam fit, quod omnes fibrae ad hanc prouinciam conueniunt, vnde et anima per omnes encephali neroos dominari potest, et quo res externae per quinque sensuum organa ad conscientiam peruenire possunt.

32.

Quae de nobilitate hemisphaeriorum dixi, sequentibus comprobari videntur: — In cerebro hydropico, cuius mentio facta, omnes

baseos encephali partes, exceptis nervis olfactoriis et opticis, plane normaliter formatae erant; in ventriculis iacentes ad fungendum muneribus suis instae erant. — Hemisphaeria contra cum commissura magna plane a conditione normali recesserant, ut nullis impressionibus moueri, nec ullam vim in basin encephali exercere possent. Puella, cuius de cerebro hydroscopicō mentionem feci, ita comparata erat. — Stupida illa nullum mentis indicium prodebat. Verumtamen non desunt obseruationes, quae contrarium probent: — Tulpus quidem exemplum affert pueri quinquennis hydrocephalici, ad mortem usque sana mente gaudentis. Vesalius autem puellam biennem commemorat, quae sensibus integris vivebatur. Et Michaelis de immensae magnitudinis hydrocephalo loquitur, qui insigni memoria excellebat.

33.

Nec mea de cerebri hemisphaeriorum dignitate sententia confirmari videtur laesionibus capitis: — Simulac enim cerebri hemisphaeria vel a sanguine vel ossibus fractis premuntur, animae rationalis functiones turbantur, interdum plane extinguntur. Quibus impedimentis remotis - mens porro muneribus suis fungi solet. Quamuis vero multum sanguinis in cranii basin effusum, quin haec vi mechanica in duas partes diuisa esset, tamen vulneratos per octo dies vixisse ac integra mente gausos vidi.

EXPLICATIO TABULARUM, AD COMMENTATIONEM SPECTANTIUM.

TAB. I. Repraesentat hemisphaeria, vesicae instar, aqua plena, extensa.

A. A. Hemisphaeria explicata.

B. Corpus callosum, aqua in sublime elatum, et cum hemisphaeriis in planum deductum.

TAB. II. Hemisphaeriis circumcisio, et antrorum versus reuolutis, vnum cauum detectum visum.

A. A. Hemisphaeria, antrorum versus reclinata.

B. B. Fibrae medullares.

C. C. Epithelium reflexum.

D. D. Cauum apertum, dextrorum membrana serosa vestitum, quae sinistrorum ex parte demta est, vt cerni possint

E. Fibrae medullares thalami nerui optici condensati arctique, atque

F. Corporis striati, thalamo nerui optici amplioris.

G. Thalamus nerui optici dextri lateris, epithelio obtectus, aequae ac

H. Corpus striatum.

I. I. Tertii ventriculi pavimentum pellucidum, atque tam tenui, quam membrana delicatissima.

a. Commissura postica.

b. Glandula pinealis.

c. Tenerina fila — fornicis reliquiae —.

d. Cerebellum.

e. Dura mater.

TAB. III. Exhibit basin encephali.

A. A. Lobi anteriores.

B. B. Fossa Syluii-

C. C. Lobi posteriores.

D. D. Cerebellum, cui denti sunt lobi inferiores, vt fibrae medullares conspici possint.

a. a. Tertii ventriculi pavimentum, tuber cinereum dictum, pellucidum.

b. Infundibulum.

- c. Glandula pituitaria.
- d. d. Crura cerebri.
- e. Pons Varolii.
- f. f. Corpora pyramidalia.
- g. Decussatio fibrarum medullae.
- h. Corpus olivare.
- 1. 1. Nervi olfactorii tenuiores.
- 2. 2. Graciles neruorum opticorum fibrae, circum cerebri crura ductae.
- 3. Chiasma neruorum opticorum.
- 4. 4. Nerui oculorum motorii.
- 5. 5. Nervi trigemini.
- 6. 6. Nerui abducentes.
- 7. 7. Nerui faciales.
- 8. 8. Nerui auditorii.
- 9. 9. Nerui glossopharyngei.
- 10. 10. Nerui vagi.
- 11. 11. Nerui hypoglossi.

TAB. IV. Repraesentat cerebrum nondum perfectum.


- a. Medulla spinalis.
- b. b. Crura medullae ad cerebellum — cerebelli radices — .
- c. Quartus ventriculus.
- d. Cerebellum incipiens.
- e. Massa corporum quadrigeminorum, adhuc caua.
- f. f. Hemisphaeria cerebri nondum plicata.
- g. g. Dura mater.

TAB. V. Fig. 1.

- a. Hemisphaerium sinistrum, nondum plicatum. — In dextro latere supra hemisphaerii pars remota est, ut cauum, thalamus nerui optici, et corpus striatum continens, in conspectum veniat.
- b. Thalamus nerui optici.
- c. Corpus striatum.
- d. Massa corporum quadrigeminorum.
- e. Cerebellum incipiens.
- f. f. Crura medullae ad cerebellum.

Fig. 2. Repraesentat abscissam hemisphaerii partem.

TAB.L.



Oberlein del. Rueppenkm. sc.

Langenbeck, Tom de cerebro, aqua ingesta, distensio. Tom. VI.C.






Pl. d. Pp. sc.


Langenbeck. Sc. de cereb. ag. ing. dist. Com. Tom. VI.







TAB. IV.




Langenbeck's Icon. do cerebro &c.

Com. Tom. VI.



TAB.V.



Langenbeck *Icon de cerebro. d.c.*

Com. Tom VI.



BLUMENBACHIA,
NOVUM E LOASEARUM FAMILIA GENUS;
ADIECTIS OBSERVATIONIBUS

SUPER NONNULLIS ALIIS RARIORIBUS AUT MINUS
COGNITIS PLANTIS.

A U C T O R E
HENRICO ADOLPHO SCHRADER.

SOCIET. REG. TRADITA SEPT. 18. 1825.

Loasearum familia a Jussieu^o primum in *Annal. Mus. Paris.* *) constituta, certis innixa characteribus, ab omnibus confirmata et probata est, adeo ut super loco ei in Classe Polypetalorum assignato, dubium nullum superesse possit. Verum plantae, familiam hanc constituentes, non ubique et maxima ex parte tantum exsiccatae in Herbariis Musei Parisin. obuiae, vix adhuc in botanicorum notitiam peruererunt, quibus potissimum curae erat, ut internam earum partium structuram, praecipue fructum spectantem, accuratius cognitam haberent. Interea Cl. KUNTHIUS **), describenda hac familia, quatenus ad consilium suum pertinebat, botanicorum desideriis satisfecit. Laudandum quoque est, quod Vir Clarissimus

*) Tom. 5. p. 18.

**) Noua Gen. plant. 6. p. 118. sq.

Loaseas in duas sectiones, verus atque Turneriaceas dispescuit, cui posteriori praeter Turneram^{*)} huic affinem Piriquetam (cuius nullus adhuc locus fixus in familiarum serie) adnumerat. Procul dubio autem melius esset, si respectu discriminis, vtramque sectionem intercedentis; Turneriaceae, vt peculiaris familia, a Loaseis in posterum separarentur. Klaprothiae nouum genus, a KUNTHIO descriptum, vt tertium primae sectionis et medium inter Loasam et Menzeliam tenens, praecipue memoratu dignum est. Quartum adhuc his addo, quoad flores Loasae quidem haud dissimile, fructu vero ab hac, vt et a reliquis huius familiae adeo diuersum, vt iure nomine singularis generis dignum sit, prout ex data descriptione, icone et partium analysi additis, satis patebit.

BLUMENBACHIA,

CHARACTER DIFFERENTIALIS.

Calix ouario adnatus; fauce coarctata; limbo libero, quinquepartito, marcescente. *Petala* 5, compresso - cucullata. *Squamae* 5, cum petalis alternantes: singulae parastemones 2 inincidentes. *Stamina* creberima, per phalanges quinque petalis oppositas disposita. *Stylus* 1, stigmate obtuso. *Fructus* in 10 partes, basi spirales sponte secedens: 5 planis, ad axem cohaerentibus *Dissepimenta* mentientibus; 5 reliquis, his interpositis, crassioribus, basi in processum filiformem attenuatis velut *Valuulas* constituentibus. *Semina* plura, vtrique parieti laminarum versus axem affixa, intra velamen reticulato-fibrosum appendicula carunculae-

*) Ex sententia Cl. St. HILARII hoc genus a Portulaceis remota, ad Loaseas translata est. Conf. *Memoir. du Mus.* 2. p. 203.

formi aucta. *Integumentum* duplex, utrumque membranaceum. *Embryo* axilis, rectus, inuersus.

CHARACTER NATURALIS.

Calix ouario adnatus, costis spiralibus notatus; sauce coarctata; limbo libero, profunde quinquepartito, laciniis linearis-lanceolatis, acutis, aequalibus, corolla triplo breuioribus, marcescentibus. *Petala* quinque, limbo calicis inserta, compresso-cucullata, basi in unguem breuem canaliculatum angustata. *Squamae* quinque, ibidem inter petala insertae, laciniis calicinis oppositae iisque vix longiores, circa stylum connuentes, cucullato-concauae, supra basin appendiculis tribus capillari-filiformibus auctae. *Parastemones* duo intra singulas squamas inclusi earumque basi inserti, linearis, falcatae, apice appendiculati. *Stamina* creberrima, sub disco epigyno inserta, in quinque phalanges, ante aperturam floris petalis reconditas, disposita. *Phalanges* e staminibus 14-16, inaequalibus, distinctis compositae. *Filamenta* capillaria. *Antherae* ellipticae-ouato, biloculares, longitudinaliter latere dehiscentes. *Discus* epigynus, paruus, orbicularis. *Ovarium* calici adnatum, quinqueloculare; ouulis 7-10 in quovis loculo, ouatis. *Stylus* 1, e centro disci prodiens, staminibus paulo longior, erectus, subulatus. *Stigma* obtusum. *Fructus* calicis limbo marcescente coronatus, costis decem, alterne angustioribus et versus basin spiralibus insignitus, maturitate in totidem partes longitudinaliter sponte secedens, quarum quinque alterne

semiellipticae, planae, submembranaceae, basi inuicem connatae et ad axem leuiter cohaerentes *Dissepimenta* mentiuntur; quinque reliquae, his interpositae, crassiores, paulo angustiores, dorso conuexae, lateribus planae, ad latus internum arcuatim excisae et basi in processum breuem filiformem attenuatae velut *Valvulas* constituant. *Semina* 5-10 in quois loculo, vtrique parieti laminarum versus axem affixa, velamine reticulato-fibroso laxe obiecta, quo denudato elliptico-oblonga, basi appendicula carunculaeformi aucta apparent. *Integumentum* duplex, vtrumque membranaceum: interiori tenuissimo, vtraque extremitate areola punctiformi notato. *Albumen* oblongo-ellipticum, carnosum. *Embryo* axilis, rectus, inuersus. *Cotyledones* plano-conuexae. *Radicula* teres, umbilicum spectans.

HABITUS. Herba subscandens, ramosa, pilosopruriens. Folia opposita, petiolata, lobata, exstipulata. Pedunculi axillares, uniflori: fructiferi longiores. Flores bracteati; petalis albis. Aestivatio valuata.

AFFINITAS. Loasae generi proxima quoad flores; diuersa calice ouario toto adnato, fauce coarctata eiusque limbo abbreviato marcescente, imprimis vero fructus structura *), qua simul a reliquis huius familiae generibus facile dignoscitur.

*) In Loasa capsulam constituente, calicis limbo persistente coronatam, subturbinatam, unilocularem, apice triavaluem; placentis parietalibus tribus, suturis valuularum respondentibus. *Kunth, Nov. Gen.* l. c.

. ETYMOLOGIA. Genus consecratum JOAN. FRIE-DERICHO BLUMENBACHIO, Viro summo, cum Georgia Augusta d. XVIII. Sept. 1825 eiusdem summorum in medicina honorum Semisaecularia celebraret.

1. BLUMENBACHIA INSIGNIS. Tab. 1.

Crescit in Chili, locis vmbrosis subhumidis, et Cl. OTTONE monente, etiam in Montevideo a SELLOWIO obseruata est. 2. — Culta floret per totam aestatem in autumnum vsque. Propagatio fit per semina et taleas.

Radix perennis, ramosa, fibrillis pluribus obsita, sordide alba.

Ex qua

Caules plures, herbacei, serius basi lignescentes, sesqui-bipeda-les et ultra, procumbentes, vel erecti et subscandentes adstan-tibus plantis sustentati, fragiles, ramosi, tetragoni, vndique pilis exiguis verticillato-glochidatis tecti et pilis aliis maioribus vren-tibus conspersi, dilute virides, striis saturatoribus interruptis variegati, nitidi. *Rami* similes, ramulosi, patent-i-diuergentes; superiores patentes.

Folia opposita, petiolata: seminalia .4 - 5 lineas longa, ouato-elliptica, apice emarginata, serius quam in aliis affinibus fieri solet, decidua; caulinis sesqui-bipollucaria, patentissima, alia deflexa, palmato-quinqueloba, basi cordata, neruoso-venosa, costa venisque primariis subtus prominentibus, membranacea, vtrin-qne simili indumento ac caulis obsita, supra laete viridia, subtus dilutiiora; lobis obtusiusculis, inferioribus breuibus oblongis den-tatis, reliquis lanceolatis, inaequaliter suppinnatifido-dentatis: intermedio productiori, profundius diviso, dentibus omnibus acutiusculis, superne decrescentibus. *Folia* ramorum minora, tri-

loba; lobis supinnatisido - incisis, acutioribus. *Petioli* lamina breviores, canaliculati, pilis copiosioribus vrentibus instructi. *Stipulae* nullae.

Pedunculi axillares, alterni, solitarii, teretes, praeter pilos verticillato-glochidatos aliis maioribus geniculatis inspersis hirti, apice bracteati, uniflori; sub anthesi sesquipolligares circiter et erecti; post anthesin paulo longiores et crassiores, recurui, serius pendui. *Bracteae* duae, oppositae, paruae, linearis-lanceolatae, patenti-diuergentes, deciduae.

Flores pollicem ad lineas 14 in diametro aequantes, cernui, postice spectantes, inodori.

Calix ouario adnatus, globoso-obouatus, costis spiralibus notatus, punctis quasi sacharinis (*glochidium capitulis*) dense tectus pilisque vrentibus conspersus; fauce coarctata; limbo libero, profunde quinquepartito: laciniis linearis-lanceolatis, acutis, aequalibus, pilis geniculatis inmixtis verticillato-glochidatis hirtis, corolla triplo breuioribus, patenti-diuergentibus, marcescentibus, per aestuationem ut petala valutatis.

Petala quinque, limbo calicis inserta, quinque ad sex lineas longa, compresso-cucullata, basin versus in vnguem breuem canaliculatum angustata, apice denticulo recurvo, margine reflexo vtrinque infra medium appendicula bi- l. tridentata aucta, aequalia, dorso supra medium pilis sparsis vrentibus, reliqua exteriori parte imprimis margine pilis verticillato-glochidatis et inmixtis geniculatis conspersa, alba.

Squamae quinque, ibidem inter petala inserta, laciniis calicinis opositae iisque vix longiores, circa stylum connuentes, ouato-oblongae, cucullato-concauae; dorso crassiusculae, conuexae, tricostatae, citrinae, versus apicem fascia transuersali interrupta sanguinea eleganter pictae; apice truncatae, margine reuoluto sanguineo; supra basin angustatam et leviter incuruam appendiculas tres, capillari-filiformes, luteas, apice albas; patentes, curvatas,

vatas, squama ipsa minores exerentes; lateribus compressis, planis, membranaceis, ciliatis, flavescenti-albis.

Parastemones (Stam. sterilia Luss.) duo intra singulas squamas inclusi earumque basi inserti, lineares, compressi, falcati, basi incrassata et dorso tenuissime glanduloso-pubescentes, apice processum emitentes subulatum, hispidulum, squamam excedentem.

Stamina creberimia, sub disco epigyno inserta, in quinque phalanges ante aperturam florae petalis reconditas, disposita. Phalanges e staminibus 14-16, inaequalibus, distinctis compositae. *Filamenta* capillaria, tenuissime pubescentia. *Antherae* basi affixa, erectae, elliptico-ouatae, effoetae ellipticae, biloculares, longitudinaliter latere dehiscentes. *Pollen* globosum, album.

Discus epigynus parvus, orbicularis, pilis geniculatis dense obtectus.

Ovarium calici totum adnatum, globoso-obovatum, quinquelobulare; ouula 7-10 in quois loculo, parietibus longitudinaliter versus axem affixa, ouata, imbricata. *Stylus* 1, e centro disci prodiens, staminibus (post anthesin) paulo longior, erectus, rectus, subulatus, hirtellus. *Stigma* obtusum.

Fructus magnitudine Cerasi majoris, globoso-obovatus, etiam subglobosus, calicis limbo marcescente coronatus, costis decem, alterne angustioribus et versus basin spiralibus insignitus, vnde glochidibus exiguis tectus pilisque nonnullis vrentibus adspersus, dilute armeniacus, per maturitatem in decem partes sponte secedens, quarum quinque alterne semiellipticae, planae, submembranaceae, vtrinque reticulato-venosae ac nitidae, versus marginem incrassatae, margine ipso subconuexae, basi invicem connatae et ad axem leuiter cohaerentes *Dissepimenta* mentiuntur; quinque reliquae, his interpositae, crassiores, fungosae, paulo angustiores, triangulari-compressae, dorso (peripheriae costas latiores efficiente) conuexae, lateribus planae nitidaeque,

ad latus internum arcuatim excisa^e et inferiora versus in processum *) brevem filiformem, basi pericarpii affixum, attenuatae velut *valvulas* constituant. Delapsò calicis limbo dissepi-mentorum cohaesio soluitur, et ope processuum filiformium val-vulae nunc facile reflecti ac reflexae iterum inflecti se patiuntur.

Se-mina quinque ad decem in quovis loculo, utrique parieti laminarum versus axem funiculis suis umbilicalibus absque ordine affixa, imbricata, sesquilineam circiter longa, velata, detracto velamine dimidio sere minora, elliptico-oblonga, teretiuscula, basi aucta appendice carunculaformi, conico-ouata, acutiuscula, subobliqua, glanduloso-carnosa, siccitate in apiculam exiguam exarescente.

Velamen semen totum laxe obtegens, oblongo-ouatum, olistus subrostellatum, sub rostelli apice affixum ibique foramine ouali, pro recipiendo funiculo, instructum, dorso conuexum, latere ventrali planiusculum, transuerse tuberculoso-rugosum, fusco nigrum, versus rostellum dilutioris coloris, e fibris rigidis, dense parallelis, flexuosis, reticulatim anastomosantibus compositum; interstitiis patentibus nonnisi distracto velamine conspicuis. Anastomosum coniunctiones subnodosae, tubercula transuersalia constituentes. Excusso semine velamen apice patet, et tunc leui pressione longitudinaliter fnditur.

Integumentum duplex: exteriori membranaceo, albescenti-brunneo, siccitate ruguloso et saturatori; interiori tenuissimo, albumini tenaciter adhaerente, albo, nitido, vtraque extremitate areola punctiformi fuscescente notato. Mediante duplice hac areola integumentum interius cum exteriori ad germinationem seminis vsque coniungitur.

*) Hunc processum proprie neruum esse, valvulae dorsum percurrentem, appetit, si is cortice suo celluloso denudatur.

Albuinen oblongo-ellipticum, teres, vtrinque obtusum, carnosum, lacteo-album.

Embryo albumine paulo minor, axilis, rectus, inuersus. Cotyledones breues, plano-conuexae. Radicula teres, obtusa, vmbilicatum spectans.

Datam descriptionem sufficere arbitror, vt intelligatur, quae noui huius generis plantae cum proxime affini Loasa propria sint, et quibus iisque grauissimis notis ab ea recedat. Præcipuum discrimen omnino a fructu repetendum est, peculiari conformatione et interna sua structura insigni, adeo vt mirum non sit, nullum ex magno pericarpiorum numero huic prorsus conuenire. Accedit quidem ad capsularem fructum, si cum MEDICO aliisque hoc nomine omnia congregare velimus pericarpia sicca et dehiscentia, non cum legumine et siliqua coniungenda; quod tamen carpologiae, solidiori fundamento superstructae, repugnat. Repugnat quoque haud negligendus situs fructus, in capsula vera superus, in nostræ plantæ fructu inferus *). — *Loasa contorta* LAM., iconæ

*) Persuasum mihi est, in divisione fructuum praecipue relationem calicis ad ouarium respiciendam esse. Hoc respectu fructus in genere habentur: I. NUDI s. superi, ex ouario libero orti et plerumque toti nudi, rarius externa floris parte persistente, facile tamen separabili obuallati, in tres sequentes subdivisiones commode separandi: 1. in non-dehiscentes, vt *Caryopsis* (Gramina), *Nucula* (Cyperaceæ), *Nux*, *Samara*, *Bacca*, *Nuculanum* Rich., *Drupa* etc. 2. in dehiscentes sensu latiori, vt *Utriculus*, *Folliculus*, *Legumen*, *Siliqua*, *Capsula*; et 3. in partibiles, *Coccum*, *Synochorium* Mirb. (Malvaceæ). II. TECTI s. inferi, quorum ouarium cum calice sibi adhaerente in fructum mutatur. Huc spectant: *Achenium* Rich. (Compositæ), *Cremocarpium* Mirb. (Umbellatae), *Polachaena* Rich. (Rubiaceæ, Araliaceæ), *Diplotegium* Desv. (Orchideæ), *Onagrace plurimæ et similes* capsula infera, *Pepo*, *Pyrenarium* Desv. (Crataegus, Mespilus etc.), *Po-*

Iussieuana^{*)} leviter inspecta, ob costas fructus spiraliter tortas, Blumenbachiae forte alteram speciem constituere videtur; comparata vero descriptione l.c. data, secundum quam: "capsula contorta, quasi pluricostata, ab apice ad basin demum trivalvis; valvularum ex-tus 3-lineatarum margines introflexi, singuli seorsim cum proximo valuae vicinioris margine constituentes semisepta, quorum iugis, affinguntur 3 receptacula seminifera, post valuarum deli-scentiam libera etc." — sequitur, hanc Loasam, etiam nullo respectu ad calicis limbum persistentem habito, a Blumenbachia alienam et sui generis esse plantam.

Semen quod attinet, multis forsan videri posset, eiusdem ingumentum retiforme ad mentem GAERTNERI arillo esse adscriben-dum. Quoniam vero ex sententia RICHARDI ^{**)}), cui prorsus adsen-tior, illud tantum seminis integumentum arilli nomine insigniri me-retur, quod ex ipso funiculo umbilicali originem suam trahit, siue semen totum siue ex parte includat: conferenti facile patebit, in-tegumentum seminis Blumenbachiae arillum non esse, sed forte se-minis integumentis propriis adnumerari debere. Si vero statuas — et quae est sententia vulgaris — integmenta seminis propria nucleum tegentia, duobus non esse plura (rarius solitaria), sibi arcte incum-bentia: exteriori s. *Testa* (si duo adsunt) firmiori, saturatori, um-bilico instructa et ab interiori (*membrana interna*), embryoni mag-is adhaerente, facile separabili: nec huius loci esse potest integu-

mum Linn. etc. — Ex breui hoc conspectu, cuius specialiorem ex-positionem alio loco datus sum, facile intelligitur, fructum Blumenbachiae inter Polachaenam et Diploecium posterioris sectionis sibi lo-cum vindicare. Simul quoque clarum fit, Achenium non cum Nucula coniungendum esse, Nuculanum cum Pyrenario misceri non posse, et denique Rubiaceis plurimis non Drupa exsucea aut Coccum, sed Polachaena vel Pyrenarium adscribi debere.

^{*)} Annal. du Museum, 5. p. 21. 25. t. 3. f. 1.

^{**)} Anal. du Fruit. p. 23.

mentum nostrae plantae, quippequod testae superadditum siue tertium a nucleo inter integumenta tenet locum, et tota sua structura recedit. Quapropter illud, vt accessoriā seminis partem, *Velaminis* nomine separandum duxi *).

Velamine suo denudatum semen si respicis, primo in conspectum venit appendicula carunculaeformis, quae sicut aliae fun-

* Semina igitur a pericarpio inclusa, quoad integumenta accessoria, testam tegentia, generatim occurunt: 1. *velata*, integumento accessorio, ex ouulo oriundo, et testa sponte secedente vel separabili instructa; 2. *arillata*, si testa funiculi vmbilicalis dilatatione vel tota vel ex parte obtegitur, vt in Celastro, Evonymo, Oxalide, Xylopia aliisque; quibus addi possunt: 3. *tunicata*, quorum testa epicarpio velaminis vel arilli in modum inuestitur, vt in Coffea et in quibusdam affinibus (*Kunth. Nov. Gen.* 3. p. 371. 373.) Integumenti nomine e contrario haud meretur insigniri substantia vasculo-spongiosa, qua semina Theobromae, Nymphae aliarumque per maturitatem fructus inuoluntur. Sicuti et pubes varia, et quaecunque similia testam adhuc obsidentia ac cum epidermide ab ea detrahenda, merito seminis indumento adnumerantur.

Simili modo velata semina, quibus Blumenbachia gaudet, nonnullis tantum Loasae speciebus propria. Verum et aliis plantis velamen competit, forma et structura valde varium. Utitalissimum est *fusiformi* - *l. scoliformi* - *membranaceum*, perperam (monente RICHARDO) arillo adscriptum, vt in plurimis Orchideis; in Pyrola, Menziesia etc. inter Ericeas; in Drosera, Hillia aliisque, quibus omnibus semen in medio laxe inhaeret. *Reticulato-cellulosum* et semini conforme illudque laxe vestiens, occurrit praecipue in Castilleja et Lamourouxia Rhinanthearium. In aliis eiusdem familiae generibus (Pedicularis, Euphrasia etc.) velamen e contrario obuium est *carnosum*, exsiccatione membranaceum, semen arte tegens et nonnisi per frustula soluendum. Subinde quoque, quamuis rarius, obseruatur *pulposum*, vt in Bixina et forsitan nonnullis congeneribus. Nec deest incompletum, quale in *Pitcairnia albucaeifolia* (tab. nostr. 3: figg. p - t.) et affinibus huius generis speciebus locum habet.

gosae epiphyses, e. gr. Euphorbiacearum, proprie funiculi umbilicalis intumescentiam constituit (quod in seminibus non plane maturis etiam rudimento funiculi, appendiculae adhaerente probatur); unde sequitur, semina Blumenbachiae, praeter velamen, quo tota inuoluntur, simul, vt illae, arillo sic dicto incomplete^{*)} esse stipata: structura saepe adhuc aequa insolita ac singularis. Nec minus notatu digna videtur areola exigua fuscescens, forma puncti post excussam testam in vtraque nuclei extremitate conspicienda. Quae areolae chalazae GAERTNERI quidem simillimae; sed haec, si adest, semper solitaria, et vel prope umbilicum externum, vel, et quod frequentius locum habet, huic e diametro opposita occurrit. Quae-ritur igitur; quaenam harum areolarum pro chalaza sit habenda. Quaestio haud facile soluenda si reputas, nullum discriminem inter vtramque oreolam intercedere, et nullum quoque vasorum umbili-calium fasciculum in oppositum nuclei areolam descendere. Nisi igitur duplicem chalazam statuere velimus, assumi saltem debet, ope harum areolarum, cum testa coniunctarum, succum nutritium nucleo ad vteriorem perfectionem afferri, quod tantum finis verae chalazae esse potest.

Postremo adhuc ratio habenda est indumenti, quod, vt vidi-mus, pube filamentorum et parastemonum forsan excepta, constat: 1. *pilis verticillato-glochidatis*, nonnisi lenti ope maxime augen-te conspiciendis, quibus tota fere superficies dense obtecta est, quibusque planta tacta vbiique tenaciter adhaeret (conf. tab. 1. f. dd. ***); 2. *pilis vrentibus*, reliquis maioribus, sparsim occurren-tibus, conico-subalutis, pellucidis et bulbo innascentibus (l. c. f. dd.

^{*)} Ab hac arilli specie, quae omnium frequentior occurrit, parum om-nino differre videtur umbilicus fungosus, Phylicae aliisque adscriptus; sed caendum est, ne cum hac, vt GAERTNERUS aliquique fecere, con-fundatur forma et substantia haud dissimilis Strophiola, saltem sensu a R. BROWNIO et DE CANDOLLO in Leguminosis, et a nobis in Boragineis adhibito.

**); 3. pilis geniculatis, similibus iis, qui a SCHRANKIO (*Nebengef. d. Pfl.*) tab. 1. f. 12. a. delineati sunt, sed gracilioribus, praecipue discum epigynum et calicis laciniis obsidentibus (l. c. fig. p. * et **); et denique 4. glochidibus s. pilis hamatis Schrank., quibus fructus maturus tantum obsitus reperitur, et qui tactu faciliter quam visu percipiuntur (l. c. fig. o. * et **). Si de scopo multiformis huius indumenti quaeris, facile patet, pilos urentes et forte quoque geniculatos humorum excretioni inseruire, pilos verticillato-glochidatos vero pro adminiculis esse habendos ad faciliorem plantae sustentationem.

EXPLICATIO TABULAE (primae).

BLUMENBACHIAE INSIGNIS superior plantae pars, magnitudine naturali repraesentata.

- Fig. a. Flos cum pedunculi parte, a latere visus, modice auctus.
- b. Petalum, eiusdem magnitud.
- c. Squama, maguit. natur.
- d. Squama a dorso; e. a latere; et f. a facie visa, magnit. valde auct.
- g. Eadem a facie, parastemonibus exentis, magn. valde aucta.
- h. Parastemes seorsim, magn. valde aucta.
- i. Fasciculus staminum } magn. nat.
- k. Stamen, e minoribus; } magn. nat.
- l. Idem, magnit. aucta.
- m Anthera adhuc clausa a facie et } magnit. valde aucta.
- n. Eadem effoeta a latere visa; } magnit. valde aucta.
- o. Ovarium foecundatum, magn. natur.
- p. Idem, magn. auctum.
 - * Calicis laciniae particula pilis geniculatis obsita, magn. aucta.
 - ** Horum unus seorsim, magnit. valde aucta.
- q. Fructus matus e maioribus, calicis limbo marcescente adhuc coronatus, longitudinaliter secedens, magn. natur.
 - * Particula epidermidis fructus glochidibus obsita, magn. aucta.
 - ** Glochides nonnullae seorsim, magn. valde aucta.

- Fig. r. *Fructus calicis limbo denudatus, valvulis reflexis, vt seminum insertio melius appareat, magnit. natur.*
- s. *Semina nonnulla, velamine adhuc vestita, magn. natur.*
- t. *Horum unum a latere visum, magn. aucta.*
- u. *Velamen separatum et longitudinaliter fissum, eiusdem magnitud.*
- v. *Semen recens velamine suo denudatum, magn. natur.*
- w. *Idein, magnit. valde acutum.*
- * *Appendicula carunculaeformis.*
- x. *Idem testa denudatum, eiusd. magnit.*
- * *Chalaza umbilicalis.*
- y. *Embryonis in albumine situs, eiusd. magnit.*
- z. *Embryo solutus, eiusd. magnit.*
- aa. *Semina germinantia, cotyledonibus adhuc intra albumen et membranae internae tubum reconditis, magn. natur.*
- bb. *Plantula seminalis primi stadii, magn. natur.*
- cc. *Plantula adultioris status, foliis seminalibus adhuc residuis, magn. natur.*
- dd. *Costae foliorum particula pilis verticillato-glochidatis et nonnullis vrentibus conspersa. * modice aucta; ** Pilus vrens, magnit. valde aucta. *** Pili nonnulli verticillato-glochidati, eiusd. magnit.*
-

Absoluto genere Blumenbachiae ad alia genera illustranda progressior, inter quae Stachytarpheta locum primum obtinet.

STACHYTARPHETA VAHL.

Calix tubulosus, quadri-rarius bidentatus. *Corolla* tubo recurvo; limbo quinquefido, inaequali. *Stamina* quatuor: duo sterilia. *Stigma* peltatum. *Drupa* exsucca, bilocularis, bipartibilis; loculis monospermis.

Herbae, suffrutices aut frutices; ramis brachiatis. Folia opposita, petiolata. Spicae terminales, demum alares, solitariae, teretes, graciles: fructiferae elongatae. Flores alterni, sessiles, rhachi carnosae magis vel minus immersi, bracteati. Calices compressi. Corollae violaceae, caeruleae, coccineae aut roseae; tubo calice duplo longiori. Stamina inclusa: fertilia lateri, sterilia inferne inserta. Antherarum loculi diuergentes.

† *Calicibus bidentatis.*

1. STACHYTARPHETA *elatior*, caule herbaceo hirto, foliis linearie-lanceolatis vtrinque attenuatis remote serratis scabris, bracteis calice longioribus. Tab. 2. f. 1.

Stachytarpheta elatior. Schrad. in R. et Schult. Mant. 1. p. 172.

Hab. in Brasiliae humidis et viginosis. Semina a Principe Sereniss. Maximil. Neowidensi, vna cum plurimis aliis in itinere per Brasiliam lectis, liberaliter missa. Flor. Iulio et Augusto; semina fert Septembri vel Octobri.

Radix annua, perpendicularis, fibrillas plures ramosas emitens, sordide alba. *Caulis* 3-4 pedalis altiorque, rarius simplex, plerumque superne ramosus, versus basin teretiusculus, reliqua parte vna cum ramis obtuse tetragonus, imprimis ad nodos super-

riores hirtus. *Rami* erecto-patentes, pilis copiosioribus tecti: opposito altero breuiori. *Volva* patentissima, serius (praeceps certum caulinam inferioram) flaccida, 5-6 pollices et ultra longa, dimidium ad lineas 8 lata, vtrinque praecipue apice attenuata, acutiuscula, basi in petiolum carinatum desinentia, remote serrata, venosa, rigidula, vtrinque et margine scabra, margine basin versus et ad costam subtus prominentem pilis similibus quibus caulis vestitus obsita, pallide viridia: superiora et ramea duplo minora, breuius petiolata, angustiora, carinata. Ramulorum rudimenta in omnibus axillis superioribus. *Spicae* pedunculatae: iuniores recurvuae; adultores erectae, magis vel minus curvatae, fructu maturante sensim ad sesquipedalem et ultra longitudinem protensae. *Flores* rhacheos scrobiculis toti immersi: inferioribus remotioribus. *Bracteae* ouato-lanuginosae, cuspidato-acuminatae, margine tenuissime serrulatae, calicibus paulo longiores. *Calix* oblongus, compressus, hinc sulco longitudinali inscriptus, inde (vbi ad rhachin spectat) costa notatus, apice bidentatus; dentibus acuminatis, subaequalibus, hispidulis. *Corolla* violacea; tubus calice duplo longior, intus pilis breuis perspersus; limbi laciniae obtusatae, integerimae, vel omnes excepta infima retusae; faux glabra. *Stamina* 4, summo tubo imposita, inclusa, quorum 2 fertilia lateri, 2 sterilia inferne inserta^{*)}. *Filamenta* hirta: sterilia fertilibus plerumque paulo longiora, tenuiora, apice glabra et violacea. *Antherae* bilobulares, didymae; loculis diuergentibus, ouato-ellipticis, flavis, longitudinaliter superne dehiscentibus. *Ovarium* disco epigyno exiguo insidens, ouatum, in stylum continuum, subcompressum, biloculare, ouulis duobus erectis foetum. *Stylus* tubo corollae paulo breuior, capillaceus, glaber. *Stigma* peltatum, conuexum,

^{*)} Similis staminum insertio in omnibus Stachytarphetis obtinet, quas vias examinare mihi licuit, ut eam normalem statum constitutere facile credas; nunquam vero stamina sterilia ex VAHLII sententia superiori tubi lateri inserta obseruauit.

emarginatum. *Drupa* inclusa calice persistente, sesquilineam vix superans, per maturitatem exarescens, cuneato-oblonga, obtuse mucronata, basi excavata discum epigynum recipiens, compressa, bilocularis, bipartibilis. *Loculi* vel si mauis carpella linearis-oblonga, deorsum leviter angustata, subincurna, hinc convexa, a medio ad apicem reticulato-rugosa, glabra, fusca, nitida; inde (qua gemina sibi incumbunt carpella) plana, granulis minutissimis conspersa, lutescenti-brunnea, margine incrassato circumscripita; endocarpio crasso, duro, subosseo. *Semen* in quolibet carpello unum, eiusdem cavitatem replens, oblongo-cylindraceum, basi attenuatum, hinc planiusculum, album. Membrana propria seminis tenuissima. *Embryo* semini conformis, erectus, lacteus. *Cotyledones* oblongae, plano-connexae. *Radicula* longa, teretiuscula, crassa.

2. STACHYTARPHETA *angustifolia*, caule herbaceo foliisque lanceolatis vtrinque attenuatis remote serratis glabris, bracteis calice minoribus.

Stachytarpheta angustifolia. *Vahl. Enum. 1. p. 205. R. et Schult. System. 1. p. 203.*

Planta annua, pedalis vel sesquipedalis, nonnisi ad petiolorum basin hirta. *Caulis* plerumque a basi ramosus, inferne teres, superne vt rami tereti-compressus, vtrinque sulco longitudinali. *Folia* duos, in vegetioribus tres pollices longa, pollicem dimidium ad integrum lata. *Spicae* primariae fructiferae pedalem longitudinem raro superantes; ramorum minores. *Calices* fructiferi vt in elatiori toti immersi. *Bracteae* lanceolatae, cuspidato-acuminatae, exceptis infimis calice paulo breuiores. *Reliqua* cum praecedente conueniunt.

Num *Stachytarpheta indica* Vahl. etiam huic Sectioni iungenda sit, ob defectum speciminum affirmare non possum.

†† *Calicibus quadridentatis.*

3. STACHYTARPHETA *urticaefolia*, caule suffruticoso scabro, foliis elliptico-ouatis subserrato-acute crenatis rugosis supra glabris

subtus scabriusculis, bracteis subulato-acuminatis calice minoribus.

Stachytarpheta vrticifolia. *Sims in Curt. botan. Magaz.* t. 1848. (superiorem plantae partem exhibens). *R. et Schult. Mant.* 1. p. 173.
Stachytarpheta Fischeriana. *Hortor.*

Cymburus vrticaefolius. *Salisb. Parad. Lond.* n. 53. (excl. syn.)

Zapania vrticaefolia. *Poiret. in Encycl. bot. Suppl.* 5. p. 520.

Habitus *Stachyt. jamaicensis* s. *cayennensis* et cum vtraque in Hortis saepe confusa. *Caulis* suffruticosus, pedalis vel sesquipedalis altitudinis, erectus, subflexuosus, rigidus, internodiis bi-l. triplicaribus, subaequalibus, primo simplex, dein apice in duos ramos diuisus, versus basin teretiusculus et scaber, reliqua parte obtuse tetragonus, internodio ultimo vna cum ramis subcompresso et minus scabro. *Rami* erecto-patentes, internodio infimo (4-6 pollicari), subsequis duplo triploue longiori. *Folia* petiolata, patentib. diuergentia, bi-l. triplicaria, sesqui ad duos pollices lata, inferiora ouato-elliptica et obtusa, subsequa elliptico-ouata, obtusiuscula, acute crenata, crenis ad folii apicem leuiter spectantibus, basi integerrima, rugosa, reticulato-venosa, submembranacea, supra plerumque glabra, margine et subtus ad costam et venas prominentes scabriuscula, laete viridia: ramorum duplo minora, acuta. *Petiolae* vnam tertiam laminae partem circiter aequantes, praesertim in foliis iunioribus pilis rigidulis ciliati. *Spicae* pedunculatae, crassitie pennae columbinae: iuniores subrecuruae; adutiores erectae, curuatae, pedales et longiores. *Flores* semiimmersi, conferti: inferioribus remotioribus. *Bracteae* calice minores, ouatae, subulato-acuminatae, versus basin margine tenui membranaceo subciliao cinctae. *Calix* latere anteriori bicostatus, scabriusculus, quadridentatus, dentibus duobus anterioribus paulo minoribus. *Corolla* violacea. *Stamina* sterilia (quae non vidisse asserit SIMSIUS) fertilibus vix longiora, subinde paulo breuiora, apice violacea. *Drupa* exsucca, oblonga, rugulosa, basi parum excavata.

Seminum structura et reliqua omnia ut in *St. elatiori*. — Variat foliis supra scabriusculis, et quandoque ramorum apice vna cum foliorum costa magis vel minus violaceis.

Stachytarpheta iamaicensis, in Hortis frequentissima, quam maxime variat altitudine et superficie; dignoscitur tamen haud difficile: foliis ouato-ellipticis, obtusioribus, subsucculentis et plerumque glaucescenti-viridibus. Bracteae calice semper breviores, quae in affini *pilosiuscula* KUNTH. longiores. Duratio huius et *vrticaefoliae*, cultura conueniente, perennis.

Ad alteram huius generis Sectionem, *indica* forsitan excepta, procul dubio reliquae omnes a VAHLIO, KUNTHIO aliisque recentiorum descriptae *Stachytarphetae* pertinent, quibus plerumque etiam spicae, saltem specierum mihi cognitarum, graciliores sunt, et quarum flores rhachi minus immersi reperiuntur. Quas inter *Stachyt. trispicata* NEES. et MART. (*Nov. Act. Acad. C. L. C. Nat. Cur. Vol. XI. p. 70.*) calicem ad medium quadrifidum habet, characteribus tamen reliquis conuenientibus. Profundius adhuc calix in *Stach. squamosa* VAHL. est diuisus, quae vero et aliis notis a generis charactere recedit, ut merito separetur. Hac igitur exclusa, *Stachytarpheta* in Verbenacearum serie omnino proprium constituit genus, a *Verbena*, nulla etiam ratione ad inflorescentiam et florum magnitudinem habita, distinctum: calice compresso, rhachi magis vel minus immerso, corollae tubo recurvo, staminum insertione et proportione, antherarum loculis diuergentibus, stylo recurvo, stigmate peltato, denique fructu disco epigyno minori insidente et semper bipartibili. Limitibus sic positis, Cl. St. HILARIO adsentire nequeo utrumque genus coniungenti; nec ullum superesse potest dubium, quin *Verbena* sua *pseudogaruao* (*Plant. usuelles des Brasiliens t. 40.*) nonnisi inflorescentia et florum magnitudine ad *Stachytarphetam* accedat, reliquis vero omnibus, et quidem essentialibus characteribus cum *Verbena* conueniat.

De structura huius et Verbenae generis fructus magnus est inter Botanicos dissensus. Non esse semina nuda, ut recentiorum quorundam adhuc est sententia, per se liquet. Nec minus is in Stachytarpheta cum NEESIO et MARTIO, VV. Cl., l. c. p. 70. pro vtriculo, vel in vtraque cum Cl. ST. HILARIO l. c. pro capsula haberi potest. Nec multum proficias, si cum Clarissimo R. BROWNIO, Viro alias acutissimo, in Verbena pericarpium tenuë euandrum statuas (*Prodr. Flor. N. Holl.* p. 514.). Comparatione cum fructibus affinum generum facta, drupae exsuccae maxime similis esse videtur. Quae etiam est sententia Cl. KUNTHII (*Nov. Gen.* 2. p. 272 et 279.) et quam eo magis approbandam esse censeo, cum GAERTNERUS eiusdem structuræ fructus drupae exsuccae nomine insignit. Huc accedit, quid Verbenaceæ verae fructu drupaceo gaudent, adeoque tam vtriculum quam capsulam excludunt.

PITCAIRNIA L'HERIT.

Calix semisuperus, tripartitus, coloratus. *Petala* tria, basi squama instructa. *Stigmata* tria. *Capsula* trilocularis; loculis introrsum dehiscentibus, polyspermis. *Semina* appendiculata.

Herbae perennes; caule erecto, simplici. Folia angusta, saepius spinosa. Flores racemosi, bracteati.

1. *PITCAIRNIA albulaefolia*, foliis subtus puluerulento-tomentosis basi ciliato-spinosis, racemo simplici, floribus approximatis acutis, bracteis pedicellis longioribus, petalorum squamis dentatis. Tab. 3.

Hab. in India occidentali. Floret et fructescit cum congeneribus.

Radix e fibrillis longis, ramosis, nigris composita. *Caulis* bipedalis et altior, crassitię calami, erectus, teres, tomento puluerulento, denum euanescente obductus, foliatus. *Folia* radi-

calia numerosa, $1\frac{1}{2}$ -2 pedalia, lineas 8 ad pollicem lata, linearia, acuminato-cuspidata, reclinata, infra medium canaliculata et rigida, reliqua parte planiuscula vndata et membranacea, margine basin versus spinosa, spinulis fuscis recurvis et incurvis, supra glabra laete viridia nitida, subtus puluerulento-tomentosa: caulinus sparsa, acuminato-subulata, basi vaginantia, cauli appressa, superne sensim breviora, vt summa pollicem vix superent. *Racemus* apice cernuus, per deflorationem ad spithame longitudinem protensus. *Flores* alterni, pedicellati, approximati, bracteati. *Pedicelli* 3-4 lineas longi, teretes, vna cum pedunculo communi et bracteis simili tomento quibus caulis et folia teguntur vestiti. *Bracteae* pedicellis duplo fere longiores, lineari-lanceolatae, acuminatae, carinatae. *Calix* nouem circiter lineas longus, basi carnosus et flavescent, ouario protuberanti trigono adnatus, superne tripartitus; lacinias lanceolatis, acuminatis, carinatis, glabris, petalis dilutioribus. *Petala* tria, calice plus duplo longiora, lanceolata, breve acuminata, medio hinc dilatata, basin versus angustata, ipsa basi squama parua alba subouata apice plerumque inaequaliter bidentata instructa, in tubum connuentia, dein vna cum staminibus et stylo spiraliter conuoluta, coccinea: superiori lateralia angustiora amplectente, apice adscendente. *Stamina* 6, subinclusa, ex parte superiori ouarii orta. *Filamenta* filiformia, subcompressa, alba. *Antherae* erectae, lineares, didymae, flauae, post anthesin basi sagittatae, subflexuosae. *Ouarium* oblongum, vtrinque attenuatum, trigonum, triloculare, in stylum continuum. *Stylus* directione staminum et petalorum, filamentis paulo longior et duplo crassior, albus. *Stigmata* tria, linearia, semiteretia, flavescentia, in corpus ouale spiraliter conuoluta. *Capsula* semiinfera, oblonga, vtrinque attenuata, trigona, trilocularis, glabra, brunnea; loculis acuminatis, dorso conuexis, vnilocularibus, ad axim inter se connatis, sutura interiori dehiscentibus. *Semina* suturae dehiscenti dense inserta, minutissima, adscendentia, teretiuscula, obtusa, scrobiculus minu-

tissimis seriatis exarata, rubescenti-brunnea, vtrinque appendiculata. Quae appendiculae, lentis ope accuratius examinatae, volumen constituant incompletum, celluloso - vasculosum, lutescenti-brunneum, semen altero latere secundum longitudinem fasciae in modum arcte tegens, deorsum modice attenuatum, sursum vero in processum filiformem vario modo curvatum productum. *Integumentum* seminis albumini adnatum. *Embryo* minutissimus, in insima albuminis parte locatus, ouato-oblongus.

Huic Pitcairniae proxime accedunt *P. latifolia* CURTISII et ANDREWSII, duae diuersae species, hoc modo distinguendae;

Pitcairnia latifolia, foliis subtus puluerulento-tomentosis basi ciliato-spinosis, racemo subdiviso, floribus approximatis obtusis, bracteis pedicellos subaequantibus, petalorum squamis integerrimis. — Pitc. latifolia Curt. bot. Magaz. t. 856. (non descriptio) et hoc teste: Ait. Hort. Kew. ed. 1. T. 1. p. 401. *Folia* quandoque, vt CURTISSI icon ea exhibet, apicem versus spinula una alteraue instructa. *Flores* maiores. *Bracteae*, exceptis inferioribus, pedicellos vix superantes.

Pitcairnia platiphylla, foliis subtus puluerulento-tomentosis basi serrato-spinosis, racemo subdiviso, floribus distantibus, bracteis pedicellis breuioribus, petalorum squamis integerrimis. — Pitc. latifolia Andr. Repos. t. 322. — *Folia* praecedentium duplo latiora, rigidiora, basi serrato- (nec ciliato-) spinosa. Inprimis vero differt: racemo laxiori; floribus adhuc maioribus, distantibus, pedicello longiori et crassiori suffultis. *Petala* diametro transuersali fere aequalia, obtusiuscula. *Squamae* petalorum lato-onatae, integerimae.

2. *PITCAIRNIA integrifolia*, foliis angusto-linearibus subintegerimis subtus puluerulento-tomentosis, racemis paniculatis, floribus distantibus patentibus diuergentibus, bracteis pedicellis longioribus, petalorum squamis dentatis.

Pitcairnia integrifolia. Gawl. in Curt. bot. Magaz. t. 1462.

Venit

Venit in Hortis sub *graminifolia*. Habitu proxima *P. angustifoliae* Redour. *Plant. Liliac.* T. 2. t. 76. (sine dubio ab homonyma *Ait. Kew. Curt. Mag.* t. 1547. separanda). *Caulis* 2½ pedalis, penna cygnea crassior, tomento tenuissimo fugaci tectus. *Folia* caulem aequantia, infra medium pollicem dimidium circiter lata, canaliculata, nonnisi basi spinulis nonnullis exiguis instructa, etiam integerrima, substantia firmiora et tenaciora ac in *albucaefolia*, supra saturate viridia et opaca, subtus leuiter puluerulento-tomentosa. *Folia* caulina multo angustiora, in tenuissimum apicem attenuata, vt radicalia reclinata. *Racemus* terminalis pedalis et ultra; laterales 3 l. 4, alterni, breuiores, sicut terminalis erecti. *Flores* lin. 20 ad duos pollices longi, distantes, sub anthesi diuergentes. *Pedicelli* 4–5 lineares, aequae ac pedunculi, bracteae et calices tomento tenui fugaci conspersi. *Bracteae* pedicellis longiores, linearis-lanceolatae, acuminatae. *Calicis* lacinia petalis dimidio minores eisque dilutiones. *Petala* angusta, acutiuscula, coccinea, superne conuoluta, vnde apice minus patent, quam in affinibus. *Squamae* petalorum oblongae, membranaceae, apice subtridentatae. *Stamina* longitudine petalorum. *Stylus* subexsertus. Reliqua generis.

Pitcairnia angustifolia vtraque iam foliis toto margine spinosis dignoscitur. Planta *Hort. Kew.* insuper a nostra et simul ab illa in *Plant. Liliac.* delineata recedit: habitu robustiori, foliis paulo latioribus, racemo densiori, floribus maioribus, bracteis pedicellos subaequantibus, calicibus nonnisi apice coloratis, petalis superne latioribus apice patentibus.

Totum genus recognoscendum. Praecipue vero in partes essentiales floris et fructus singularum specierum inquirendum esset, vt limites inter Pitcairniam et Pourretiam accurati determinarentur. Fructus et seminum structura, qua *albucaefolia* nostra gaudet, et qua-si petalorum squamas forte excipias-praecipuum vtriusque generis discrimin nititur, etiam *latifoliae*, *angustifoliae*.

bromeliaefoliae, integrifoliae et procul dubio omnibus Pitcairniis Indiae occidentalis (ad quam Floram hoc genus specialiter pertinet) indigenis, propria est. Cum his pericarpio et seminibus quoque conueniunt *Pitc. lanuginosa* et *pyramidata* Ruiz. et Pav.; *puluerulenta* horum Auct. vt et *pungens* et *pruinosa* Kunthii (Humb. N. Gen. 1. p. 294.) e contrario quoad semina potius ad Pourretiam accedunt. Nequaquam tamen ex CAVANILLESII aliorumque sententia utrumque genus coniungi posse, vetat Pourretiarum habitus prorsus alienus, imprimis vero capsulae structura, si vera talis est, qualis a *Florae Peruanae* Auctoribus in *lanuginosa* describitur et depingitur.

DRIMIA JACQ.

Corolla insera, sexpartita; laciniis aequalibus, infra medium reflexis. *Stamina* laciniarum basi inserta. *Capsula* triloba, trilocularis; loculis ad axem connatis, dorso longitudinaliter dehiscentibus, semibivalvibus. *Semina* angulo loculamentorum centrali affixa.

Plantae bulbosae. Folia varia. Flores parvi, racemati, bracteati.

† *Foliis scapum praeeun'ibus* *).

1. DRIMIA *lanceolata*, foliis scapo paulo brevioribus lanceolatis vtrinque acuminatis eneruiis immaculatis, racemo paucifloro, pedicellis patentibus recurvis floribus sesquilonioribus.

Lachenalia reflexa. Andr. Repos. t. 299.

Habit. cum congeneribus in Cap. b. sp.

Bulbus tunicatus, globoso-ouatus, nucis Iuglandis fere magnitudine, extus sordide purpurascens - brunneus. *Folia* 3½-4 polli-

* Huius sectionis etiam *Drimia media* JACQ.

ces longa, pollicem dimidium ad lineas octo lata, lanceolata, vtrinque acuminata, versus apicem angustiora, eneruia, laete viridia, immaculata. *Scapus* subsolitarius, folia longiora paulo superans, erectus, flexuosus. *Racemus* sesquipollucaris; floribus 6-8, distantibus, quatuor lineas longis. *Pedicelli* 5-6 lineares, patentes, sub anthesi - patenti - recurvi. *Corollae* laciniae extus ut pedicilli rubro-punctati. *Stamina* corollam subaequantia. Reliqua vt in sequente.

2. DRIMIA lanceaefolia, foliis scapum subaequantibus lanceolatis acuminatis eneruis supra maculatis, raceno elongato multifloro, pedicellis patenti - recurvis floribus plus duplo longioribus.

Drimia lanceaefolia. *Gawl. in Curt. Magaz.* t. 1380. var. *a*.

Lachenalia lanceaefolia. *Jacq. Collect. Suppl.* p. 69. *Linsd. Ic. plant. rar.* (t. 402.). *Spec. Plant. ed. Willd.* 2. p. 178. *Redout. Plant. Liliac.* 1. t. 59.

β. densiflora.

Lachenalia lanceaefolia. *Gawl. in Curt. Magaz.* t. 643.

γ. longepedunculata.

Scilla lanceaefolia. *Schrink. Hort. Monac.* n. 100.

Tota glabra. *Bulbus* ouatus, etiam globoso-ouatus, diametri sesquipollucaris, tunica fusca tectus. *Folia* semipedalis fere longitudinis, pollicem et ultra lata, lanceolata, longe acuminata, eneruia, laete viridia, supra maculis saturatioribus picta. *Scapi* plures, inter folia solitarii, primo erecti, flexuosi, dein curvati, serius flaccidi totique decumbentes. *Racemus* 3-4 pollicaris, multiflorus, laxus. *Flores* subconferti, $2\frac{1}{2}$ lineas longitudine aequantes. *Pedicilli* 5-6 lineares, ante anthesin patentes, post anthesin patenti - recurvi, fructu maturescente erecti. *Bracteae* exiguae. *Corollae* laciniae oblongae, obtusae, aequales, sordide ex albo virides, margine dilutiiores, sicut pedicelli rubro - punctatae, sub anthesi infra medium reflexae, serius erectae. *Stamina* laciniarum basi inserta iisque vix breuiora; filamenta filiformia, purpurea; *antherae* ellipticae, biloculares. *Ovarium* subpedicellatum, late

conicum, obtusissimum sexsulcatum. *Stylus* subulatus, purpureus, longitudine staminum, post anthesin paulo longior. *Stigma* obtusum, obsolete trisidum. *Capsula* corolla emarcida tecta, membranacea, reticulato-rugosa, cinerea, subglobosa, triloba, trilocularis; loculis dorso fere ad basin usque dehiscentibus. *Valvae* post dehiscentiam ut antea axi centrali inter se connexae. *Semina* in quoquis loculo pauca (in nostris non plane matura), angulo loculamentorum centrali affixa.

In β . flores copiosiores et confertiores; γ . differt foliis minoribus, et racemo breuiori, pedicellis pollicaribus composito; utraque varietas procul dubio cultura orta.

3. DRIMIA *Gawleri*, foliis scapo duplo breuioribus oblongo-ovalibus neruosis immaculatis, racemo multifloro, pedicellis patentrecuruis floribus triplo longioribus.

Drimia lanceaefolia var. β . *Gawl.* *L. c. t.* 1380. (excl. syn. Andr. ad lanceolatam pertinente).

Hyacinthus revolutus. *Ait. Hort. Kew. 1.* p. 458. ed. 2. 2. p. 283. (ex *Gawlero*).

Species a binis praecedentibus diuersissima. *Bulbus* duplo minor, magis globosus, tunica fuscescente. *Folia* bipollicaria vel paulo longiora, semipollicem ad lineas octo lata, oblongo-ovalia, acuta, basi angustata veluti in petiolum canaliculatum semipollicarem, supra neruosa, immaculata. *Scapus* plerumque solitarius, inter folia prodiens, valde flexuosus aut vario modo curuatus, versus basin rubro-punctatus. *Racemus* bi-tripollicaris. *Flores* mediae magnitudinis inter *lanceolatam* et *lanceaefoliam*. *Pedicelli* fere pollicaris longitudinis. Reliqua cum praecedente conueniunt. — Datur varietas foliis longius petiolatis.

4. DRIMIA *ovalifolia*, foliis scapo multo breuioribus ovalibus nernosis immaculatis, racemo paucifloro, pedicellis patentirecuruis floribus triplo longioribus.

Drimia lanceaefolia. *Botan. Cabin. t.* 278.

Praecedenti proxima, sed minor et gracilior. *Bulbus* nucis *Anellanae* magnitudine, tunica fuscescente. *Folia* pollicem circiter longa, lineas 41.5 lata, ovalia, apiculata, in petiolum brevem subcanaliculatum attenuata, supra nervosa, immaculata. *Scapus* solitarius, 4-5 pollicaris, gracilis, flexuoso, curuatus, serius procumbens, punctis rubris vix conspicuis notatus. *Racemus* pollicaris aut sesquipollicaris; pedicellis 5-10, lineas 6-8 longis, purpurascens, sub anthesi patenti-recurvis, serius erectis. *Flores* vix duas lineas longitudine aequantes, sordide purpurascentes. *Filamenta* longitudine corollae, alba, basi purpurea. *Stylus* stamina aequans; stigmate obtuso. *Capsulae* structura et reliqua omnia vt in praecedentibus.

†† *Foliis post scapum praeeruntibus.*

Huc pertinent *Drimia ciliaris*, *elata*, *pusilla* et *undulata* Jacq. *Icon.*, atque *purpurascens* Jacq. *fil. Eclog.*, quibus omnibus scapi solitarii et, duabus posterioribus exceptis, ad foliorum vaginam laterales.

In *Drimiae* affinium generum characteribus definiendis imprimis quoque fructus respiciendus est, quippe qui generatim quidem capsulam trilocularem, at loculorum structura et dehiscentia in diuersis generibus diuersam constituere solet, vt exemplis *Hyacinthi*, *Scillae* etc. docemur. Discrimen inter *Drimiam* et *Lachenaliam* proxime iunctas, praeter florem praecepue etiam fructus suppeditat, in posteriori, secundum Jacquinum, capsulam trilocularem triualuem (adeoque a *Drimia* valde diuersam) constitente. Quibus vero *Lachenaliarum* fructum maturum inspicere contigit, in eius dehiscendi modum simulque in placentationem attente inquirant, vt omnia dubia soluantur.

PLANTAGO LINN.

Calix tetra-rarius triphyllus *). *Corolla* hypocrateriformis; limbo quadripartito, aequali, patentissimo. *Stamina* quatuor, longissima. *Capsula* corolla persistente vestita, circuinscissa, in 2 l. 4 locula divisa ope sporophori demum mobilis; loculis mono - di - aut polyspermis.

Herbae acaules, scapigerae, foliis radicalibus confertis; aut caulescentes oppositifoliae. Spicae terminales, bracteatae.

1. PLANTAGO *canescens*, foliis lanceolato-linearibus linearibusque acuminatis villoso-pubescentibus, scapo tereti appresso-piloso foliis altiori, spica cylindrica dense villosa, bracteis calicem subaequantibus.

Plantago canescens. *Catal. sem. Hort. Gotting.* a. 1821.

Habitat in America boreali. ♂.

Tota pilis mollibus canescens. Radix tenuis, fibrillosa. Folia primaria sesquipollucaria, spatulato-lanceolata, subsequā bi-tripollucaria, lanceolato-linearia, etiam linearia, in petiolum attenuata, acuminata, plana, triruia (angustiora vinneruia), vtrinque imprimis subtus pilosa. Scapus foliis altior (3-4 pollicaris), fructiferus paulo longior, erectus, gracilis, pilis appressis tectus. Spica cylindrica, obtusa, continua, dense sericeo-villosa, pollicaris circiter; in humilioribus individuis dimidio minor et cylindraceo-oblonga. Bracteae exceptis inferioribus calicem aequantes, lanceolatae, acutae. Calicina foliola quatuor, elliptica, obtusa, concava,

*) In *Pl. lanceolata* et pro varr. huic adnumeratis: *altissima* SCHM., *sericea* KIT. et *argentea* LK., nec non in *virginica* L. inter exoticas mihi cognitas species.

vñineruia: duo anteriora sicut bracteae margine membranacea; duo posteriora paulo breuiora, membranacea. *Corollae laciniae lato-ouatae, obtusae, concavae.* *Capsula elliptica, disperma.* Reliqua generis.

Species ab *albicanis* varietate *angustifolia*, cui habitu haud dissimilis, iam duratione annua, a *microcephala* (*monspeliensi* WILLD.) scapo foliis altiori et spica satis diuersa.

2. **PLANTAGO montana**, foliis linear-lanceolatis vtrinque attenuatis, scapis teretibus, spica ouata, bracteis lato-ouatis obtusissimis mucronatis calicem tetraphyllum subaequantibus.

Plantago montana. R. et Schult. Syst. 3. p. 117. c. synn. quibus addenda:

Plantago alpina. Hoffm. Germ. 2. p. 76. Host. Austr. p. 77. Schrank. Salisb. n. 150. Eiusd. Bauar. n. 293. Jacq. Hort. Vindob. 2. p. 58. t. 125.

Plantago angustifolia alpina. J. Bauh. Hist. 3. p. 505. c. ic. Moris. Hist. 3. sect. 8. t. 16. f. 11.

$\beta.$ foliis niveo-pilosis.

Plantago Victorialis. R. et Schult. Syst. 3. p. 126. Poiret. in Encycl. Bot. 5. p. 377. Decand. Gallic. n. 2302. (fide specim.)

Plantago intermedia. La Peyr. Abr. p. 69.

Plantago argentea. Villars. Delph. 2. p. 302. Bellard. App. (fide spec. a Balbisio missi).

Plantago foliis linear-lanceolatis, pubescentibus, spica subrotunda, nuda, scapo subangula-to foliis longiori. Gerard. Prov. p. 333. t. 12.

Habit. in alpibus et subalpinis Europae mediae; $\beta.$ praecipue in Galloprovincia inque valle Pedemontana. — $\alpha.$ Floret Iunio, Iulio; in hortis ab Aprili in Iunii initium.

Facies *lanceolatae* et quidem var. $\gamma.$, quacum olim saepe confusa. *Folia* plerumque *angustiora*, tri-in maioribus indiuiduis quinqueneruia, subpilosa, et vt in *lanceolata* modo integerrima modo denticulata. *Scapi* teretes, pilis patentibus obsiti. *Spica* ouata l. oblongo-ouata, in minoribus subrotundo-ouata. *Bracteae*

lato-ouatae, obtusae, etiam truncatae, saturatius coloratae; neruo latiori, viridi (imprinis inferiorum florum, quod JACQUINI icon optimie repraesentat), in breuem et obtusum mucronem desinente. *Calicina foliola* quatuor, bracteis nonnihil breuiora, subrotundo-obouata, neruo viridi, versus medium euanescente insignita, apice pilosa; anteriori foliolo reliquis paulo latiori.

Plantago Victoriae (*lanceolatae* ♂. quoad superficiem similima) conuenit *montanae* habitu, foliis et florum structura, et recedit nonnisi superficie pilis copiosioribus niueis vestita, discriminé nec sufficiente, nec, vt in aliis vidimus, constante. Ab hac ipsa varietate β. *Plant. argentea* RAM., quoad specimina a b. FLÜGGE communicata, vix nisi paruitate et superficie magis sericeo-pilosa differre videtur. — *Plant. saxatilis* M. BIEB. sua speciei est, nec *argenteae* iungenda, vt Cl. TREVIRANO visum.

3. PLANTAGO *lanceolata*, foliis lanceolatis vtrinque attenuatis, scapis sulcato-angulatis, spica conico-ouata, bracteis oualibus acuminatis calicem triphyllum vix superantibus.

α. *major*, foliis subpilosis, spica elongata.

Plantago altissima. Schmidt in Meyer's Physik. Aufs. 1. p. 239, (sive specim.) Krock. Siles. n. 233. et aliorum Floristar. germ.

Plantago sylatica. Pers. in Schaub's Beschreib. d. Meistr. p. 235.

β. *media*, foliis subpilosis, spica conico-ouata.

Plantago lanceolata. Spec. Plant. ed. Willd. 1. p. 643. (excl. var. γ. ad montanam pertinente). Decand. Gallic. n. 2299. Smith. Britan. 1. p. 184. Eiusd. Engl. Flora 1. p. 214. Roth. Germ. T. 2. P. 1. p. 177. — Hayn. Ic. plant. Offic. 5. t. 15. Engl. Bot. t. 507. Curt. Lond. Fasc. 15.

Plantago collina. Pers. in Schaub. l. c.

Plantago Serraria. Krock. Siles. n. 235. (excl. synn.)

Plantago foliis lanceolatis, quinqueuneruis, scapo nudo, spica ouata. Hall. Helv. n. 656.

Plantago lanceolata. Tabern. Kräuterb. p. 1111. c. ic. J. Bauh. Hist. 3. p. 504. c. ic:

Plantago quinqueuneria, siue *lanceolata*. Lob. Jc. 1. p. 305.

γ. mi-

$\gamma.$ *minor*, foliis subpilosis, spica subrotundo-ouata.

Plantago angustifolia minor. *Tabern. Kräuterb.* p. 1107. c. ic. *Moris*.
Hist. 3. sect. 8. t. 16. f. 12.

$\delta.$ foliis nivosa-pilosis, spica ouata.

Plantago sericea. *Waldst. et Kitaib. Hung.* 2. p. 163. t. 151.

Plantago argentea. *Link in Schrad. Diar. botan.* 1800. 1. p. 58. (sive
specim.) — *Pl. criophora Mor. Portug.* 1. p. 423. eadem videtur.

Plantago dubia. *Liljebl. Svec.* p. 64. (sive spec. a Swartzio missi).

Plantago foliis lanceolatis longitudine scapi, spica oblonga. *Linn. Svec.* 2.
p. 132. (excl. syn. *Tabern.* ad var. $\gamma.$ *pertin.*)

$\epsilon.$ spica diuisa.

Plantago lanceolata. *Roth. L. c. $\gamma.$ Leers. Herborn.* n. 108. var. —
Flor. Batav. (t. 42.)

Plantaginis lanceolatae speciem minima. *J. Bauh. Hist. 3.* p. 504. c. ic.

Habit. per totam Europam, et quidem $\alpha.$ in siluaticis humidis;
 $\beta.$ in pratis, pascuis, cultis et ad vias; $\gamma.$ in montosis et
subalpinis; $\delta.$ in apricis, arenosis, sterilibus.

Radix obliqua, etiam perpendicularis. *Folia petiolata*, 4-10
pollices longa, lanceolata, vtrinque attenuata, in petiolum desinencia,
acuminata, quinqueneruia, subpilosa, basi lanata, integerrima
vel denticulata. *Scapi* foliis duplo fere altiores, adscendentes,
dein erecti, sulcato-angulati, appresso-pilosi. *Spica* conico-ova-
ta, obtusa, densa, erecta. *Bractae* ouales, acuminatae, acumine
calicem paulo excedente, neruo lato-viridi versus apicem evanes-
cente instructae, glabrae. *Calicina* foliola tria, longitudine sub-
aequalia, apice pilosa, sicut bractae membranacea et nitida: an-
teriori lato-obouato, emarginato, neruis duobus notato, conuexo;
duobus lateralibus lato-ouatis, obtusiusculis, carinatis, vñineruiis.
Capsula elliptico-oblonga, mucronata, disperma. Reliqua generis.

Hoc in statu $\beta.$ fere vbique locis indicatis obseruatur; in
 $\alpha.$ folia duplo longiora, latiora, magis glabra et neruis septem
percursa, scapi ad bipedalem et ultra longitudinem protensi et
spicae cylindraceae. Var. $\gamma.$ a $\beta.$ tantum habitu minori, foliis
breuius petiolatis plerumque trineruis et spicis subrotundo-ouatis

recedit; cultura tamen aequa facile in $\beta.$ transit, sicut $\beta.$ solo fertiliori in $\alpha.$ mutatur. In $\delta.$ (cuius et semiina et specimina sicca b. KITAIBELIO debo) folia quidem minora, breuius petiolata, angustiora, saepius nonnisi tribus neruis donata et pilis copiosis niueis vestita; spicae etiam plerumque magis subrotundo-ouatae. Verum haec omnia tantum soli naturae adscribenda, praesertim cum ipse hanc varietatem, solo fertiliori cultam, in $\beta.$ siue vulgarem huius plantae statum, transiisse obseruauerim.

In specierum revisione, qua hoc genus pre aliis eget, inspicienda praefinis sunt foliola calicina, respectu tam ad numerum et mutuam formam, quam ad proportionem versus bracteas habito. Attente quoque inquirendum in spicarum directionem ante et post anthesin, nec non in capsulae loculamenta cum inclusio seminum numero. Ex sola paruitate, vt *Plant. minima*, *nana* aliisque docemur, nullum discriminem petendum; nec foliorum et spicarum forma, neque superficies, nimis a solo pendentes, vix ullius valoris sunt, nisi cum aliis et constantioribus notis iungantur. Hinc, praeter modo memoratas et ad suas species relatas Plantagines, coniungendae adhuc sunt: *villosa* MOENCH. cum *microcephala* POIR., *eriostachya* TEN. (olim ante editam Flor. Neapolitanam alienam a me dictam) cum *Lagopode* L., *serpentina* LAMK. cum *mari-tima*, et *sibirica* POIR. cum *depressa* WILLD. (quae ipsa *asiatica* nimis affinis est). Procul dubio quoque *sphaerocephala* POIR. *montanae*, et *holosericea* GAUD. huius var. $\beta.$ adnumerari debet.

Generis characterem quod attinet, monendum est: calicem, quem fere omnes quadripartitum, imo quadrifidum putant, accuratiori examini subiectum, esse compositum e foliolis, mediante denticulo exiguo, quo rhachi adhaerent, subinde quidem, basi leviter cohaerentibus; sed omnino (paucis forsitan speciebus exceptis) discretis et absque laesione (imprimis fructifero statu) facile separabilibus, quod praesertim Pl. *Cynope* aliisque probatur, qua-

rum calicina foliola duo anteriora obtengunt posteriora, capsulam includentia. Cum Littorellae eadem calicis structura sit, Plantaginearum familiae calix tetra-rarius triphyllus ut adscribatur necesse est.

WAHLENBERGIA.

Calix ouario adnatus; limbo 5-, rarius 4-1. 3 partito.

Corolla campanulata; limbo 5-, rarius 4-1. 3 fido, regulari. *Stamina* 5, rarius 4 l. 3; filamentis basi dilatatis. *Stylus* 1, *stigmate* 3-5 fido. *Diplogium* semiinferum, 5-, rarius 4-3-1. 2 loculare, apice libero in totidem valvas dehiscente. *Dissepimenta* valvis contraria. *Sporophora* angulis loculorum inserta. *Semina* creberrima.

Herbae annuae vel perennes, lactescentes. Folia alterna, rarius opposita. Flores terminales, solitarii aut paniculati. Corollae caeruleae, caerulescentes, albae.

1. WAHLENBERGIA *repens*, radice repente, caulis diffusis procumbentibus basi radicantibus ramosissimis, foliis oppositis subsessilibus ellipticis subserratis, pedunculis terminalibus unifloris.

Hab. in Cap. b. spei. 4 — Flor. in Hortis a Junio in Augustum; fructescit Septembri et Octobri.

Radix repens. *Caules* cespitosi, ad semipedalem longitudinem protensi, filiformes, procumbentes, ad genicula terrae appressa radicantes, ramosissimi, compresso-teretes, internodiis alternatim bisulcatis, glabris. *Rami* similes, oppositi, pilis sparsis obsuti; *ramuli* adscendentes, tenuissime pilosi. *Folia* opposita, breuissime petiolata, 3-4 linearia, elliptica, alia ouato-elliptica,

marginata, subserrata, venosa, basin versus cum petiolo ciliata, ceterum glabra nitidaque: ramulorum minora, confertiora, basi leniter angustata. *Pedunculi* solitarii, teretes, tenuissime pilosi, vniuersi: primo ramulos terminantes, erecti et folia parum superantes; serius (ex ramulorum innouatione) plerumque laterales (et tunc modo oppositisoli modo axillares), paulo subinde duplo fere longiores et recurvati. *Flores* 4 lineas circiter longi. *Calix* ouario adnatus, globoso-obouatus, pubescens; limbi laciniis lanceolatis, acutiusculis, obsolete serratis, glabris. *Corolla* calicis limbo triplo fere maior, campanulata, albo-caerulea vel paulo dilutioris coloris, striis 5 saturatiōribus notata; limbo quinquesido, laciniis oblongo-ouatis, acutis, patentibus. *Stamina* quinque, basi corollae inserta eaque duplo breuiora; *filamenta* versus basin dilatata et ciliata; *antherae* lineares. *Ovarium* apice liberum; *stylus* staminibus longior, corolla paulo breuior; *stigma* trifidum. *Diplobegium* calice sibi adnato supra medium vestitum, subglobosum, triloculare, apice libero trialue; valuis ouatis, acutis. *Dissepimenta* valuis contraria, duplicata, per aetatem partibilia: locula constituentia simplicia (hinc tenuiora), integra, nec, vt in *Campanula*, emarginata. *Sporophora* ad medium axem in ipsis loculorum angulis inserta, parua, hemisphaerica, scrobiculato-punctata, fungosa. *Semina* creberrima, minutissima, elliptica, lenticulari-compressa, tenuissime eleuato-punctata, rufescentia.

Huic generi, iam ante plures annos GEORGIO WAHLENBERG, Professori Vpsaliensi Celeberrimo et de re botanica meritissimo, dicato, praeter *Campanulam grandifloram* L., *elongatam* WILLD. (capensem THB.), *lobelioidem* LINN. f. (Wahl. *pendulam* Nob.), *hispidulam* THB. et *hederaceam* LINN., coniungendae adhuc sunt: *C. paniculata* THB., *gracilis* FORST. aliaeque affines, quas alio loco, imprimis quoad partes fructificationis, iconibus illustratas in publicum exire curabo. *Wahlenberg. ouata*, cuius Cl. DON in

Prodromo Florae Nepalensis mentionem facit, dehiscentia fructus recedit et forte diuersum a nostra constituit genus.

SENECIO LINN.

1. SENEPIO *llacinus*, caule frutescente, foliis oblongis basi angustatis mucronato-dentatis sessilibus semiamplexicaulibus sub-decurrentibus rigidulis glabris, floribus corymbosis, radii multi-flori ligulis elongatis. Tab. 4. f. 1.

Hab. in Cap. b. spei. 24 h. Flor. in Hortis a Maio in Iulium.

Ex elegantioribus sui generis. *Canis* frutescens; tri-quadripedalis altiorque, erectus, superne ramosus, teres, glaber, inferne a casu foliorum squamulosus, cinereus. *Rami* sparsi, patentes, vt superior caulis pars a basi foliorum decurrente subalati, glabri, saepe purpurascenti-virides, nitidi. *Folia* alterna, sessilia, venosa, nero medio subtus prominente, crassiuscula, rigidula, laete viridia, nitida: caulina 2-2½ pollices longa, pollicem dimidium ad lineas octo lata, patenti-recurua, semiamplexicaulia, oblonga, obtusa, basi angustata, mucronato-dentata, dentibus baseos profundioribus, carinae inferioris parte magis vel minus hispida, ceterum glabra; superiora ramos fulcientia basi latiora, amplexicaulia; ramorum duplo minora, confertiora, angustiora, acuta, leuiter carinata, carina glabra 1. subpilosa. *Corymbi* terminales, subramosi, ramorum simplices; pedunculis subangulatis pedicellisque bracteatis, vñfloris. *Flores* magnitudine venusti. *Involucrum* campanulatum (rarius vt in iconē oblongo-campanulatum), per maturitatem basi ventricosum, profunde multipartitum, caliculatum; laciniis 18-22, lanceolato-linearibus, acutis, aequalibus, apice sphacelatis et pubescentibus. *Caliculi* foliola 6-8, laciniis similia, sed triplo minora. *Receptaculum* planum, scrobiculatum; fructiferum obsolete mamillatum. *Flosculi* disci crebri, tubulosi, hermaphroditici; radii 14-18, ligulati, seminei. *Hermaphroditii* inuo-

lucro paulo longiores: *Corolla* flava, apice infundibuliformis, quinquentata; dentibus ovatis, acutis, vinneruis, patentibus. *Antherae exsertae*. *Ovarium* oblongum, dense hispidulum. *Stylus* glaber. *Stigma exsertum*, bipartitum; lacinias linearibus, recurvis. *Achenium elongato-oblongum*, vtrinque in aliis basi tantum attenuatum, leviter incurvum, subangulatum, costis circiter 9 longitudinalibus notatum, glabriuscum, nigrescenti-fuscum. *Pappi pili* corollam subaequantes, scabriuscui, albi. *Feminei*: *Corolla* lilacina; tubo tenui; ligula pollicem dimidium et ultra longa, linear-lanceolata, obtusa, apice tridentata, quadrineruia, plana, diuergente. *Ovarium* et reliqua ut in hermaphroditis.

Flores in luxuriantibus maiores, radiorum ligulis iusto latioribus, subinde quinqueneruis; folia tunc etiam latiora, potius ovaloblonga, profundius divisa.

2. *SENECIO venustus*, caule frutescente, foliis semiamplexicaulibus pinnatifidis, lacinias acutis dentatis margine reuolutis: iuniorum costa subpilosis, corymbis terminalibus, inuolucro glabro.
a. tenuifolius.

Senecio venustus. *Ait. Kew. 3. p. 192. Spec. Plant. ed. Willd. 3. p. 1990. Lindl. in Hortic. Transact. 6. p. 99. Bot. Reg. t. 901. β. latifolius*.

Species ab *elegante*, cui nonnulli nimis affinem habent, diversissima, habitu et crescendi modo potius ad *lilacinum* accedit. Planta primi anni semipedalis, herbacea, cuius folia oblonga, obtusa, in petiolum breuem attenuata, pinnatifida: lacinias oblongis, dentatis, costa margineque muricato-pilosis. Altero anno iam bipedalem et ultra altitudinem adepta, sequentes offert characteres: *Caulis* frutescens, ramosus, teres, cortice scabro, cinereo. *Rami* sparsi, patentes, subteretes, glabri, nitidi: iuniores subangulati, ad angulos pilis sparsis obsiti. *Folia alterna*, sessiliæ, semiamplexicaulia, subdecurrentia, venosa, neruo medio subtus prominente, crassiuscula, rigidula, scabriuscua: *caulina* sesquipollicaria et ultra,

profunde pinnatifida, laciinis linearibus, acutis, margine revolutis, dentatis, dentibus obtuse calloso-mucronatis; superiora et quidem ramorum floriferorum remotiora, sensim minora, laciinis tenuioribus, minus dentatis; ramorum iuniorum confertiora, minus divisa, in basin dentatam decurrentia, subtus ad neruum medium plerumque subpilosa. Rudimenta ramulorum in omnibus foliorum axillis. *Flores* pollicem et 4-6 lin. in diametro aequantes. *Involucrum* fere campanulatum, multipartitum, caliculatum; laciinis 20-21, lanceolato-linearibus, acutis, aequalibus, margine membranaceis, apice sphacelatis et leuiter pubescentibus, ceterum glabris. *Calyculi* foliola 12-14, pedicellorum squamulis similia, inuolucro non appressa. *Receptaculum* planum, scrobiculatum, per maturitatem fructus mammillatum. *Flosculi hermaphroditi* crebri, inuolucro paulo longiores: *Corolla* flava, infundibuliformis, quinquedentata, dentibus acutis, patentibus. *Antherae exsertae*. *Ovarium* oblongum, striatum, hispidulum. *Stylus* glaber. *Stigma* exsertum, bipartitum, laciinis linearibus, recurvis. *Achenium* elongato-oblongum, hinc planiusculum, leuiter incuruum, etiam rectum, sulcis 10 l. 11 longitudinalibus notatum, glabrum, fuscum. *Pappi* pili corollam subaequantes, hispiduli, albi. *Feminei*: *Corolla* amoene lilacina; tubo tenui; ligula semipollucari, lineariorlonga, apice obtuse tridentata, quadrineruia, plana, diuergente. Reliqua cum flosculis hermaphroditis conueniunt.

Var. β . in hortis frequentior et procul dubio ex α . orta, per 3 vel 4 annorum culturam ad humanam fere altitudinem ascendit, caule proportionate crassiori. Folia maiora, magis elongata, plerumque tantum ad medium fissa; laciinis paucioribus, valde inaequalibus, lanceolatis, evidentius dentatis; ramorum iuniorum folia linearis-lanceolata aut lanceolata, pinnatifido-dentata.

3. SENECIO *Thunbergianus*, caule frutescente, foliis leuiter pubescentibus pinnatifidis, laciinis oblongis obtusis subsinuato-denti-

culatis, denticulis obtuse mucronatis, floribus corymbosis, radio octofloro. T. 4. f. 2.

Hab. in Cap. bon. spei. 24 h. Flor. in Horto a Junio in Iulium.
E collectione seminum a Meuer. Nasse missorum.

Caulis frutescens, bi-tripedalis, erectus, superne ramosus, teres, cortice scabro, albescenti-brunneo, per aetatem-saturatiori. *Rami* sparsi, patentes, cauli similes: iuniores tomentoso-pubescentes, sordide virides, rarius in purpureum vergentes. *Folia* alterna, venosa, vtrinque imprimis subtus ad neruum medium et venas pubescentia: caulina patentissima, serius (praesertim inferiora) flaccida, in petiolum attenuata, 3-4 pollices longa, sesquipollicem vel parum ultra lata, pinnatisida, laciniis oblongis obtusis, superioribus confluentibus, inferioribus remotioribus et decrescentibus, omnibus inaequaliter subsinuatis denticulatis, denticulis obtuse calloso-mucronatis; superiora vt ramea sensim minora, basi minus attenuata minusque diuisa, sessilia, semiamplexicaulia. *Corymbi* caulem ramosque terminantes, compositi, inaequales. *Pedunculi* sesquipollicares et minores, tenues, subangulati, bracteis foliaceis leuiter pubescentibus stipati. *Pedicelli* 5-3 lineares, squamulis sparsis obsiti. *Flores* parui. *Involucrum* ouato-conicum, serius subcampanulatum, profunde multipartitum, caliculatum, glabriuscum; laciniis 16-18, lanceolato-linearibus, acutis, margine membranaceis, apice pubescentibus. *Foliola* caliculi pauca, bracteis pedicellorum similia, involucro appressa. *Receptaculum* planum, scrobiculatum, fructiferum mamillatum. *Flosculi* disci 20-24, tubulosi, hermaphroditi, citrini; radii 8, ligulati, femininei, hermaphroditis concolores. *Hermaphroditi* involucro paulo longiores: *Corolla* infundibuliformis, quinquedentata; dentibus, ouatis, acutis, patentibus. *Antherae exsertae*. *Ovarium* elongato-oblongum, striatum, dense hispidulum. *Stylus* glaber. *Stigma* exsertum, bipartitum; laciniis linearibus, recurvis. *Achenium* elongato-oblongum, superne attenuatum, rectum l. leuiter incurvum, sulcato-angu-

angulatum, hispidulum, fuscum. *Pappi* pili corollam subaequantes, scabriusculi, albi. *L'eminēi*: *Corollae* tubo tenui; ligula sesquilineam vix longa, elliptica, apice obtuse tridentata, quadrinervia, plana, diuergente. *Reliqua* vt in hermaphroditis. — *Indumentum Senencionum* saepius arachnoideo-tomentosum, in hoc, vt in *rigido*, pilis articulatis compositum:

In serie specierum Willdenowiana *Sect. †† floribus radiatis, radio patente (rectius diuergente), foliis pinnatifidis, ante S. vernalem inserendus.*

4. **SENECIO glomeratus** Desf. *Cat. plant. II Hort. Paris.* p. 124. *Poir.* in *Encycl. botan. Suppl. 5.* p. 130.

Descriptioni Poiretianae sequentia addere liceat. *Radix* plantae per hiemem in frigidario seruatae perennat. *Caulis* pro vario solo vni-l. bipedalis, a basi ramosus, infra divisionem teres, reliqua parte vna cum ramis subangulatus, arachnoideo-tomentosus. *Folia* et quidem vegetioris plantae profunde pinnatifida, supra glabriuscula, subtus leuiter tomentosa: caulinā inferiora fere triplicaria, in petiolum attenuata, laciniis oblongis obtusis, angulato-dentatis; superiora et ramea minora, sessilia, amplexicaulia, angustiora, laciniis lanceolatis, acutis. *Laciniae* omnes inaequales et inaequaliter dentatae, dentibus congenерum more calloso-mucronatis. Plantae contra sterili solo innascenti omnia minora, folia potius pinnatifido-dentata, margine reuoluta, subtus tomento densiori et minus fugaci tecta; flores quoque in corymbum coarctatum dispositi.

Discrimen *glomeratum* et *quadridentatum* LABILL. intercedens sane haud leue, ut Poiretio, *glomeratum* forte ex Billardiana planta ortum statuenter adsentire nequeam. *Glomerato* tamen procul dubio jungenda est Senencionis species, *lanuginosi* nomine haud raro in Hortis occurrēs. In transitu simul moneo, et *Senencionem lycopifolium*, Hortor, (et Poir,?) non diuersam, sed,

eandem constituere plantam cum *squalido* LINN., quo SMITHIO et GUSSONIO, VV. Clariss. iam monentibus, etiam *chrysophyllus* BIV. et *laciniatus* Cxri. pertinent. Nec Viros doctos fugere potuit, inter Seneciones cultos, *montanum*, *rupestrum*, *dentalatum* et *glaucescens*, species nimis affines, limitibus accuratius esse circumscribendas; sed harum characteres in aliud tempus differo, quando et alias congeneres expositurus sum.

Omnes Senecionis species, quas examinare mihi licuit, receptaculo magis vel minus scrobiculato instructae sunt; quae nota igitur, licet et Cinerariis veris conueniat, in huius generis charactere, monente iam GAERTNERO, haud plane negligenda videtur.

EUPATORIUM LINN.

1. EUPATORIUM *paniculatum*, caule herbaceo pubescente, foliis deltoideo-ouatis acuminatis serrato-crenatis trineruis subtus in venis neruisque pubescentibus, panicula terminali corymbosa, floribus pedicellatis solitariis, inuolucro multifloro.

Ageratum paniculatum Hornem. Cat. sem. Hort. Hafn. a. 1822.

Eriopappus paniculatus Bess. Cat. sem. Hort. Volh. a. 1819.

Sub dupli hoc nomine, sine patria indicata, semina missa fuerunt. Planta annua, sub dio florens; radice perpendiculari, fibrillas plures ramosas emitte, sordide alba. Ex qua *Caulis* sesquipedalis, erectus, a basi ramosus, teres, vt rami pubescens. *Rami* oppositi, decussati, teretes, patenti-diuergentes, apice adscendentes: superiores alterni, patentes. *Folia* opposita, petiolata, pollices duos longa, sesquipollicem lata, deltoideo-ouata, breue acuminata, serrato-crenata, rugulosa, reticulato-venosa, trinerua, tenuiter membranacea, supra pilis exiguis adspersa, subtus ad venas neruosque pubescentia, laete viridia: superiora (ramos fulcientia) alterna, sensim minora et acutiora. *Petiolus* dimidium

folii superans, canaliculatus, pubescentis. *Panicula* terminalis, corymbosa, foliata; ramis alternis, elongatis, patentibus. *Corymbi* bi-l. trifidi; pedunculis teretibus, patenti-diuergentibus. *Flores* pedicellati, 3 circiter linearum; pedicellis subcompressis pedunculisque leuiter pubescentibus et bracteatis. *Bracteae* paruae, lanceolatae, acuminatae, basi angustatae. *Squamula* insuper paulo minor versus pedicellorum apicem vel ipso inuolucro subiecta. *Inuolucrum* oblongum, polyphyllum; foliolis 15-18, imbricatis, neruosis, virescentibus, leuiter pubescentibus: interioribus oblongis, basi angustioribus, mucronatis, versus apicem ciliatis; exterioribus sensim minoribus, lanceolatis, acuminatis. *Receptaculum* nudum. *Flosculi* 20-25, inuolucro paulo longiores, duas lineas longi. *Corolla* alba, glabra, tubulosa, versus basin angustata, quinque-dentata; dentibus ouatis, obtusiusculis, patentibus. *Antherae* inclusae. *Ovarium* elongato-oblongum, basi angustatum, quinquangularare, ad angulos hispidulum. *Stylus* glaber. *Stigma* bipartitum; laciniis elongatis, linearibus, apice vix incrassatis, albis, exsertis, patentibus. *Achenium* semilineam vix aequans, ouario conforme, angulis vt in illo hispidulis, fusco-nigrum. *Pappus* pilosus, pilis corollae tubum subaequantibus, leuiter pubescentibus, albis, patentibus.

Est vera *Eupatorii* species, vt ex descriptione patet, et primae huius generis Sectioni Kunthianae (*Humb. N. Gen.* 4. p. 105.) adnumeranda. *Eupatorium paniculatum* MILL. (*Dict. n. 15.*), a nullo recentiorum visum, merito pro dubio habendum, saltem cum nostro nullo modo coniungendum. Habet enim, secundum Auctorem caulem tripedalis altitudinis, folia cordata et flores rubros, in spicam laxam, ramos terminantem, dispositos; quae posterior nota potius aliis affinis quam huius generis speciem indicare videtur. *Eupat. melissae folium* Hort. (non LAMARCK.) plantae nostrae haud dissimile, iam duratione perenni recedit.

ECHINOPS LINN.

Flores capitato - congesti, ebracteati. *Involucrum* polyphyllum, vniiflorum, imbricatum foliolis inaequalibus: insinuis minoribus, paleaceo - setaceis. *Flosculi* tubulosi, hermaphroditi. *Achenium* oblongum, coronatum margine tenuissime lacinulato, persistente.

Herbae aut suffrutices. Folia alterna, pinnatifida, spinoso - dentata. Capitula terminalia, pedunculata; floribus caeruleis vel albis.

1. ECHINOPS *sphaerocephalus*, caule herbaceo ramoso, foliis pinnatifidis supra viscoso - pubescentibus subtus cano - tomentosis, laciinis diuergentibus oblongo - ouatis acutis sinuatis spinoso dentatis.

Echinops sphaerocephalus. Linn. Spec. Plant. ed. Willd. 3. p. 2396.
cum synonymis, quibus addenda:

Echinops paniculatus. Bot. Reg. t. 356, non descriptio.

Echinops horridus Hortor: germ., non Hort. Paris.

Echinops viscosus Hortor.

Radix perennis, ramosa. *Caulis* 4-10 pedales, stricti, superne ramosi, teretes, sulcati, aequae ac rami pilis guttuliferis rubicundis dense tecti. *Rami* erecto - patentes, simplices, striati. *Folia* margine subrecurva, magis vel minus rugosa, supra pilis similibus sed minoribus et pellucidis obsita, subtus cano - tomentosa: radicalia et caulina inferiora (adiecto petiolo) sesquipedalia, pedalia, subpinnata, pinnis inferioribus discretis, pinnatifidis; caulina media sessilia, basi lata amplexicaulia, spithamea, pinnatifida, laciinis utroque latere 3 l. 4, diuergentibus (saepe leviter basi aduersis, vnde folium subruncinatum evadit), oblongo - ouatis, acutis, sinuatiss: lobis dentiformibus, ouatis, spinosis, squarrosis. *Folia* superiore sensim minora, vt ramea sinuata, lobis reliquorum similibus. *Pedunculi* 2-3 pollicares, stricti, striati, tomentosi et pilis guttulili-

seris conspersi. *Capitula globosa*, diametro bipollicari, ramorum paulo minora. *Flores albo-caerulei*. *Involuci foliola imbricata*, persistentia: 3 l. 4 interiora lanceolata, glabra, apico lacinulata, inter lacinulas setula hispidula instructa; exteriora paulo longiora et firmiora, spathulato-lanceolata, basi cuneata, apice setaceous-cuspidata, versus apicem ciliata, carinata, dorso pilis guttuliferis adspersa, sordide viridia; inferiora similia, sed minora et minus acuminata; insima numerosa, dimidio minora, inaequalia, paleaceo-setacea, complanata, hispidula, brunnescenti-alba, fructu maturante patula. *Achenium oblongum*, deorsum angustatum, subconpressum, setulis hispidulis appressis dense vestitum, apice coronatum cupula membranacea (ex achenii integumento exteriori s. epicarpi continuo), dentato-simbriata, lacinulis inaequalibus hispidulis. Reliqua generis, de cuius charactere naturali praecipue conf. Cl. CASSINI Obseruat: in *Journ. de Physique* a. 1819. p. 157.

2. *ECHINOPS paniculatus*, caule herbaceo paniculato-ramoso, foliis pinnatisidis superne viscoso-pubescentibus subtus cano-tomentosis, laciniis patentibus diuergentibus lanceolatis acuminatis sinuatis spinoso-dentatis.

Echinops paniculatus. *Jacq. fil. Eclog. 1. p. 72. t. 49. Baumg. Transilv. 3. p. 80.*

Accedit ad praecedentem habitu, duratione et indumento viscoso-pubescente, quo superior foliorum pagina et reliquae partes dense teguntur. Differt caule superne paniculato-ramoso, ramis patentibus minus strictis, praecipue vero laciniis foliorum caulinorum magis distantibus, lanceolatis, acutioribus, profundius sinuatis et acutius dentatis: inferioribus semper diuergentibus (s. sub angulo recto patentibus), superioribus contra (vt a JACQUINO exhibentur) apicem versus spectantibus. Reliqua eadem. Variat quoque vt *sphaerocephalus* caule nunc altiori nunc humiliori et minus diuiso, rarissime subsimplici, quo in posteriori statu vterque difficilius et non nisi foliorum laciniis dignoscitur. Talia specimina

quondam et me fefelleret, ut *paniculatum* pro varietate *sphaerocephali* haberem.

Duratio a Cl. JACQUINO biennis creditur, sed certe perennis, quoniam planta horti nostri iam in quintum annum durauit. Adsunt aliae ex hac enatae triennes.

Icon JACQUINI optima, mala contra videri posset, in *Bot. Reg.* t. 356 delineata, si re vera nostra planta esset; huius vero loci non esse, sed ad *sphaerocephalum* pertinere, facile patebit conferenti, quae de vtriusque foliorum descrimine supra prolatas sunt.

3. ECHINOPS *bannaticus*, caule herbaceo ramoso, foliis pinnatifidis supra pubescenti-hirtis, subtus albo-tomentosis, laciniis oblongis acutis subsinuatis dentatis spinescentibus.

Echinops bannaticus. *Rochel. in Cat. semin. Hort. Vindob.* a. 1823.

Radix parennis, ramosa, profunde descendens. *Caules* trisepaledes, minus stricti, satis tamen crassi, subflexuosi, superne ramosi, in humilioribus simplices, teretes, sulcati, pilis exiguis guttuliferis tomento arachnoideo intertextis conspersi, vna cum ramis purpurascenti-virides. *Rami* patentes, striati, tomentosi. *Folia* plana, supra pubescenti-hirta et saturate viridia, subtus tomento albo arete adhaerente vestita, margine hispida: radicalia et caulina inferiora (petiolo adiecto) plus quam pedalia, subbipinnatifida; caulina media spithamea et minora, sessilia, basi lata amplexicaulia, pinnatifida, laciniis vtroque latere 3 l. 4, diuergentibus, oblongis, acutis, magis vel minus sinuatis, lobis hinc modo maioribus modo minoribus, semper tamen dentiformibus et in spinulam desinentibus. *Lacinia terminalis* reliquis longior, angustior et acuminata. *Foliorum superiorum sensim minorum* vt et ramorum laciniae oblongo-lanceolatae, basi tantum uno alteriore dente notatae. *Pedunculi* 1½-2 pollicares, striati, albo-tomentosi. *Capitula* et flores magnitudinis inter *sphaerocephalum* et *Ritro mediae*. *Involucri* foliola fere *sphaerocephali*, sed exteriora dimidia

superiori parte caerulea et dorso scabra. Reliqua, vt in praecedentibus.

Nova haec species, quam Experientiss. ROCHEL primo in Bannatu obseruauit, praeter florum colorem et florescentiam seriem, quibus *Ritro* conuenit, etiam foliorum substantia tenuiori et ramis pedunculisque gracilioribus a binis praecedentibus satis diuersa.

4. **ECHINOPS exaltatus**, caule herbaceo simplici, foliis pinnatifidis supra scabris subtus cano-tomentosis, laciniis lanceolatis acuminatis sinuatis dentatis spinescentibus.

Echiops exaltatus. Schrad. Hort. Gotting. p. 15. t. 9.

Caules octo-decempedales altioresque, stricti, quandoque subflexuosi, simplices, sulcato-angulati, pilis sparsis guttuliferis minutissimis et insuper tomento arachnoideo tecti. *Folia* pinnatifida, plana, supra scabra saturate viridia, subtus cano-tomentosa, margine spinuloso-hispida: radicalia (adiecto petiolo) fere sesquipedem longa, densius tomentosa; caulina inferiora pedalia, subsequa spithamea et minora, laciniis vtrinque 4, patenti-diuergentibus, lanceolatis, acuminatis, sinuatis: lobis dentiformibus, ouatis, acuminatis, spinescentibus. *Foliorum* superiorum laciniae minores, angustiores, dentatae, dentibus spinula graciliori terminatis, *Pedunculus* solitarius, caulem terminans, 6-8 pollicaris, striatus, laevis, arachnoideo-tomentosus. *Capitulum* diametro sesqui-l. bipollicari. *Flores* caerulescentes, etiam saturatores. Involucri foliola *sphaerocephali*, sed dorso glabra et infima setacea pauciora ac paulo minora. — *Folia* superiora per aetatem subinde dilutiora, etiam minus scabra; et caulis proprie vnflorus, in luxuriantibus individuis, quamvis rarissime, subdivisus. Reliqua l. c.

Quem *stricti* nomine tanquam nouam huius generis speciem in *Bot. Magaz.* t. 2364. proponit Cl. SIMS, est idem cum nostro *exaltato*. Quo iure vero idem *Echinops* a STEUDELIO aliisque recentiorum *sphaerocephalo*, notis essentialibus obstantibus, adnumerari possit, nondum assequor.

5. ECHINOPS *Ritro*, caule herbaceo subdiuiso, foliis rigidis supra glabris subtus albo-tomentosis, inferioribus bi-superioribus simpliciter pinnatisidis, laciniis spinoso-dentatis.

Echinops Ritro. Spec. Plant. ed. VII. l. c.

β. *ruthenicus*.

Echinops ruthenicus. M. Bieberst. Taurico-Caucas. 3. p. 597. cum synonym.

Praecedentibus humilior et gracilior. *Caulis* magis vel minus diuisus, etiam simplicissimus. *Folia* rigida, supra glabra saturate viridia, per aetatem nitida, subtus, aequae ac *caulis* rami et penduculi tomento albo dense vestita: inferiora bipinnatifida; superiora et ramea sensim minora, simpliciter pinnatifida, lacinulis omnibus squarrosis, spinoso-dentatis. *Capitula* pollicaris circiter diametri. *Flores*, amoene caeruleo colore insignes, post *sphaerocephalum* explicantur. *Involucri* foliola infima setacea quam in congeneribus breuiora, quandoque hreuiissima, vt fere nulla *).

Varietati *ruthenicae* omnia maiora, *caulis* magis ramosus, *folia* profundius diuisa, *capitula* etiam proportionate maiora et *involucrorum* setae paulo longiores; reliqua conueniunt. Ad quam, siue eam pro specie distincta, siue pro varietate habeas, praeter synonyma in *Flora Taurica* allata, referendus quoque esset sub *Ritro* a LINNEO citatus *Echinops* caule subunifloro, foliis duplicato-pinnatisidis, foliolis latiusculis vicinis Gmel. Sib. 2. p. 100. *Echinopem* vero *paniculatum* JACQ. fil. ad mentem Illustr. MAR-SCHALLII pro *ruthenici* „varietate per culturam gigantea“ haberi non posse, ex supra allatis satis patere arbitror.

6. ECHINOPS *strigosus* LINN.

Species satis nota, cum nulla congenerum confundenda, modo foliorum superficiem, modo capitulorum structuram respicias. Icon.

*) Posterioris huius status specimen Cl. DE CANDOLLO (nullas inno-
lucri setas in *Ritro* statuenti) obvia fuisse, verisimile videtur.

bona adhuc desideratur, in Repertorio enim botanico anglico (*Botan. Magaz.*) t. 2109 data, luxuriantem huius plantae statum repraesentat, neglecta, ut fieri solet, partium essentialium analysi. — Varietas foliis bipinnatifidis, lacinis angustioribus *Lamarch. Encycl.* 2. p. 337 mihi nunquam visa. Num re vera huic pertineat, an potius separanda sit, videant autoptae.

Inter reliquias cognitas aut recenter descriptas huius generis species, quantum ex comparatione speciminum siccorum obseruare mihi licuit, distingui merentur sequentes: 7. *ECHINOPS horridus* *H. Paris.*, *Pers. Syn. et Poiret in Encycl. Suppl.* 2. p. 534. Descriptioni a POIRETIO l. c. datae, haec addi possunt: Caulis, nisi epidermide sua denudatus (quale specimen amicissimo PERSOONIO debo, et quale etiam sine dubio POIRETIUS ante oculos habuit), sicut rami pedunculi et foliorum pagina superior pilis exiguis guttuliferis dense tectus. Qua quidem nota haec species *sphaerocephalo* valde appropinquatur, specifice tamen, praeter folia spinis validioribus munita et capitula multo maiora, ab hoc ut et a reliquis congeneribus florum inuolucro differt, cuius foliola in apicem longe subulatum rigidum pungentem attenuata, basi setis copiosioribus, mollioribus, albidioribus et longioribus cinguntur. (Conf. tab. nostra 2. f. 2.) — 8. *ECHINOPS spinosus* *Linn. Spec. Plant.* Statura a *sphaerocephalo*, quo cum LINNE comparat, omnino (secundum specimina spontanea a Cl. HORNEMANNO aliisque missa) diuersus. Caulis $1\frac{1}{2}$ -2 pedalis, rarius altior, crassitie pennae anserinae, ramosus, vna cum ramis tomento albo fugaci vestitus. Folia caulina biplicaria et minora, profunde bipinnatifida, supra subtomentosa (serius glabra), subtus albo-tomentosa; lacinis linearibus, margine reuolutis, in spinam saepe pollicarem desinentibus; lacinulis subulatis, rigidis, spinescentibus. Capitula pedunculo breui tomentoso suffulta. Inuolucri foliola 4 interiora tenuiora, mucronata; exteriora rigida, spinosa, foliolo vno saepe in spinam

longioreni et validorem desinente. Dantur tamen et capitula inuolucri spinis omnibus subaequalibus, flores non superantibus; quapropter spinarum proportio diagnosim intrare nequit, multo minus cum LINNEO pro vnico discrimine haberri potest. — 9. ECHINOPS *microcephalus* Smith. Prodr. Flor. Graec. — 10. ECHINOPS *lanuginosus* Lamarck. Encycl. 2. p. 336.; et 11. ECHINOPS *humilis* M. Bieberst. Taurico-Caucas. 3. p. 598.

Dubiis et minus cognitis speciebus adnumerandi sunt: 1. ECHINOPS *virgatus* LAMARCK. 1. c. p. 337. 2. ECH. *persicus* STEV. (M. BIEBERST. 1. c. 3. p. 597.) 3. ECH. *grandiflorus* (caule suffrutescente scabro, foliis bipinnatis supra scabris, subtus tomentosis, laciniis perangustis; capitulis globosis pedunculatis amplis) Clark. Trav. ed. 2. P. 2. Sect. 1. p. 455. 4. ECH. *spinosa* SIEB. Herb. Cret. (a cognomine modo menorato LINNEI diuersum: caule, vt videtur, altiori, foliis remotioribus, supra nullo tomento vestitis, sed vt in *sphaerocephalo* pilis exiguis guttuliferis dense tectis, minus diuisis, laciniis in spinam graciliorem et breuiorem attenuatis. Inuolucra *spinosi* LINN. Reliqua desiderantur). 5. ECH. *orientalis*, acanthi aculeati folio, capite magno spinoso caeruleo (et albo) Tournef. Cor. 34., a LAMARCKIO cum *spinosa* iunctus, procul dubio etiam aliam affinem speciem respicit; et 6. ECH. *Ritro* β. LINN. s. Echinops caule subunifloro, foliis duplicato-pinnatifidis, foliolis linearibus remotis Gmel. Sib. 2. p. 102. t. 46.

EXPLICATIO TABULARUM II - IV.

TABULA II.

Fig. 1. **STACHYTARPIETA elatior**, planta magnitudine naturali, cui ad latus est folium unum ex inferioribus caulinis, et spicae fructiferae pars modice aucta.

- a. Calix cum bractea, a latere et
- b. Idem absque bractea, a dorso delineatus; } magnitudine naturali.
- c. Calix a dorso, et }
- d. Idem a facie repraesentatus; } aucta magnitudine.
- e. Corolla, magnitud. naturali.
- f. Eadem ad longitudinem dissecta, stamina situ naturali ostendens, magnitud. aucta.
- g. Anthera staminis fertilis loculis dehiscentibus, magnit. valde aucta.
- h. Pistillum, magnitudine naturali.
- i. Stigma a superiori et inferiori parte visum, magnitud. valde auctum.
- k. Fructus integer }
- l. Idem in duas partes secedens; } magnitud. naturali.
- m. Fructus integer, magnitud. auctus.
- n. Eiusdem loculi s. carpella seorsim et ab utroque latere visa, magnit. valde aucta.
- o. Sectio transversalis fructus integri, eiusdem magnitudinis.
 - * Pars corticalis.
 - ** Endocarpium.
 - *** Semen.
- p. Carpellum seorsim, supra medium transversim sectum et a commissura spectatum, eiusdem magnitud.
- q. Semen seorsim } eiusdem magnitudinis.
- r. Embryo solutus;

Fig. 2. **ECHINOPS horridus**.

- a. Involucrum ex vltiori statu,
 - b. Huius foliolum interius }
 - c. — — exterius et }
 - d. — — inferius; }
- } magnitudine naturali.

TABULA III.

PITCAIRNIA albucae folia, magnitudine naturali repraesentata.

- Fig. a. Calix
 b. Petalum superius }
 c. — laterale } magnitud. naturali.
 d. Sjama petalorum
 e. Stamina cum pistillo, corolla et calice denudata, magnitud. naturali.
 f. Anthera adhuc clausa } aucta magnitudine.
 g. Eadem loculis apertis;
 h. Pistillum cum adhaerente inferioris calicis parte, magnitud. naturali.
 i. Stigma seorsim, magnitud. auctum.
 k. Fructus petalis et calicis lacinis marcescentibus tectus.
 l. Idem denudatus et deliscens, cum filamentorum rudi- } magnitudine
 mentis; naturali.
 m. Similis, modice auctus.
 n. Fructus loculo uno aperto, eiusdem magnitudinis.
 o. Huius loculum seorsim et ab interiori latere visum, vt seminum
 insertio melius perspici possit, eiusdem magnitudinis.
 p. Semina nonnulla matura, magnitud. naturali.
 q. r. Semen a dorso et a latere delineatum, magnitudine valde aucta.
 s. Idem velainine suo denudatum, et
 t. Simile sectione verticali, vt embryo melius appareat, eiusd. magnit.

TABULA IV.

Fig. 1. *SENECIONIS lilacini* ramum iunioris plantae magnit. natur. exhibens.

- a. Ramulus sterilis annuae plantae
 b. Huius folium a dorso visum
 c. Involucrum fructiferum adhuc clausum } magnitudine
 d. Idem dissectum, receptaculum floriferum ostendens; } naturali.
 e. Receptaculi floriferi pars insigniter aucta.
 f. Ovarium foecundatum, magnitud. natur.
 g. Idem, magnitudine auctum.
 h. Achenium pappo denudatum, magnitudine valde aucta.

Fig. 2. *SENECIONIS Thunbergiani* superior plantae pars, magnitud. na-
 turali delineata.


- a. Foliolum ex inferioribus caulinis, a dorso visum, eiusd. magnitudinis.
 b. Corymbi fructiferi ramus, eiusd. magnitud.
 c. Flos seorsim, aucta magnitudine.
 d. Flosculus radii femineus, natural. magnitudine.
 e. Idem, aucta magnitudine.
 f. Flosculus hermaphroditus, eiusd. magnitud.
 g. Receptaculum fructiferum denudatum, magnitud. naturali.
 h. Receptaculi floriferi pars insigniter aucta.
 i. Achenium immaturum, modice auctum.
 k. Pappi pilus separatus et insigniter auctus.





Blumenbachia insignis.

Schreber de gen. Blume Com. Tom. VI



Stachytarpheta elatior.

Schreber, de gen. Blum. 2. Com. Tern. VI



Pitcairnia albulaefolia
Schlader de gen. Blume

W.E. Berlese delin

P. Gumpel sculp



1. *Senecio lilacinus.*

Dr. Boeper delin.



2. *Senecio Thunbergianus.*

Schrader de gen. Flora a Com Tom. VI

E. Guimpel sculp.

I O. F R I D. B L U M E N B A C H

NOVA PENTAS
COLLECTIONIS SUAE
C R A N I O R U M
DIVERSARUM GENTIUM

TANQUAM COMPLEMENTUM PRIORUM DECADUM
EXHIBITA IN CONSESSU SOCIETATIS D. VIII. JUL. MDCCCXXVI.

Ex denis inde annis postquam sextam decadem craniorum diversarum gentium sodalitio nostro exhibueram, collectio mea ethnographica capitum osseorum augmentis memorabilibus adeo ditata est, ut jam operae pretium videatur saltem quinas istarum accessionum tanquam complementa antecedentium coronidis loco exhibere. Et quidem ex pluribus tales selegi calvarias quae integrarum gentium historiam, habitum corporis et vitae genus illustrare poterunt.

LXI. VETERIS GERMANI.

(— TAB. LXI —)

Atque ut ab antiquis orbis veteris gentibus oriar, prout antea de craniis priscorum Aegyptiorum, Hellenorum, Romanorum et Tschudarum disserendi occasio mihi data est, ita iam de popularium nostrorum, veteranum inquam Germanorum capitibus osseis paucis agere liceat.

Et quidem quanquam difficile sit aevum quo quondam vixerint, imo vero stirpem gentilitiam ad quam referenda sint, curatius definire, nullus tamen destiti huiusmodi reliquias conquiri, earumque satis magnam copiam per Germaniam inde a Cimbricis tumulis ad Austriacos, et a Rhenanis ad Lusatios usque erutam, colligendi et invicem comparandi mihi data est occasio:

Rarissimum vero est vnum alterumue craniorum integrum ex tumulis eruere, quale hac tabula exhibetur, prope Romsted in terris Vinariensibus cum multifariis aliis eius aevi et gentis reliquiis detectum, quarum notitiam dedit Per illustris DE GOETHE, societatis nostrae sodalis *a*), cui Viro mei amantissimo hoc ipsum cranium debo; quod habitu vniuerso symmetricum et formosum spectatur, et quidem pro coronae dentium integritate extremesque adhuc latentibus *juvenile*, et si frontem globosam et limbi alveolaris angustiorem arcum spectes, *femineum* videtur, crassitie tamen ossium planorum insigne, hincque et pondere alia eiusdem magnitudinis capita ossea superans.

Quotquot vero praeter hanc ipsam alias veterum Teutonum calvarias e tumulis erutas, etsi minus integras, imo vero et magnam copiam fragminum osseorum, ex urnis praesertim sepulcralibus desumitorum comparavi, in his omnibus ne unicum quidem reperi

a) Ueber Kunst und Alterthum T. II. P. I. pag. 195.

quod magnitudine insolita similes sceleti partes nostri aevi Germanorum,

qualia nunc hominum producit corpora tellus,
superare dixeris b), adeo ut ad hanc ipsius naturae veritatem
sublestior videatur fides et ad licentiam si non poeticam certe politica-
m referenda relatio scriptorum Romanorum de veterum Germano-
rum corporibus ingentibus, immanibus, altissimis c).

Quamquam enim nemo dubitauerit extitisse etiam inter veteres Germanos passim aequa ac inter hodiernos, et plerasque alias gentes individua vulgarem staturam popularium suorum mire superantia, adeo rara tamen et tunc ea fuisse ex modo dictis apparat, ut ad exceptiones quod aiunt, regulam potius confirmantes, pertineant.

b) Perbene iam eo argumento usus est ad diluenda *Jo. Picardti* somnia de giganteo veterum Westphaliae et Frisiae incolarum habitu *Io. H. Cohausen in ossilegio historico-physico*. 1714. 4. pag. 19.

Ex nuperrimis vero Teutonicorum tumulorum curatis indagatoribus eandem de mediocris tautum veterum ad quos pertinuerunt incolarum statura declarantibus, videsis praesertim *H. Schreiber in neuuentdeckten Hünengräbern im Breisgau*. Friburgi 1826. 8. pag. 27 et 66.

c) Adeant, quibus volupe est, siluam eorum in *Cluveri Germania antiqua* pag. 92. ed. L. B. 1631. Fol. et *Conringii l. de habitus corporum Germanicorum antiqui et noui causis*, c. annotat. *Burggravii* Francof. 1727. 8. pag. 128 et al.

LXII. *KAMTSCHADALI GENUINI.*

(— TAB. LXII. —)

Uti ad maxime memorabiles in historia generis humani even-tus referre oportet integrarum nationum non una ex caussa ex-stinctionem, ita et crania eorum in museo meo anthropologico su-perstata ad cimelia eius in primis memorabilia numero.

Exhibui ex horum ordine prioribus iam decuriis calvarias ge-nuinorum Caribaeorum rubeorum (probe a nigris maronibus aethio-picae originis distinguendorum) et mumiae Guanchi, incolae aborigi-nis insularum fortunatarum.

Iam vero contigit mihi esse tam felici aliis adhuc gentis ho-dienum ut videtur prorsus extinctae cranium acquirendi, sinceri nempe Kamtschadali, ab aliis istius peninsulae incolis Mongolici stem-matis, quales Koraeki et Tschudae sunt, plane diversi:

Numerum horum Kamtschatkæ aboriginum (qui se ipsos *Iti-alnen* vocabant) jam inde a classici super iis auctoris, STELLERI tempore indies magis magisque ita decrevisse constat, ut meritissi-mus navarcha, sodalis noster per illustris DE KRUSENSTERN jam ante vicenos et quod excurrit annos in celebri suo periplo exiguo sal-tem eorum superesse memoret, hosque ipsos paucis fortasse annis plane extinctos fore praedicit.

Pridem iam spe decideram genuini aboriginis Kamtschadalici cranio museum meum locupletandi, postquam et Aschii nostri, qui ipsum istud tanta liberalitate ditaverat, et Krusensternii itineris sociorum conatus eo scopo frustranei fuerant, cum nu-per AUGUSTARVM VINARIAE PRINCIPVM gratia, quibuscum desiderii huius mentio inciderat, ex itinere Petropolitano reducum, ipso hocce de quo iam agitur cranio donarer, uno ex binis quae ibi in Museo historiae naturalis servabantur.

Facies in universum respondet tam iis quas quondam STEPH.
KRASCHENINNIKOW de Kamtschadalis aboriginibus notavit, vultum
nempe eorum etsi aliis nonnullis Sibiriae gentibus depressa plani-
tie similem, tamen zygomatum late extantium prominentia singula-
riter insignem conspicit d), tum vero et curatis et vere charac-
teristicis iconibus istorum hominum, omnium maxime vero muliebri
imagini, quae Cookii ultimi itineris historiae inserta visitur. e).

d) *Description du Kamtchatka* pag. 14. ed. Paris. 1768. 4.

e) Vol. III. (*Cptn KING's continuation*) tab. 76.

LXIII. *BATAVI GENUINI.*

(— TAB. LXIII —)

Cum longe diversissima sit ratio formae gentiliciae eorum populorum, qui cum aliis vicinis seu aduenis per longas iam generationum series mixti sunt, et e contrario eorum, qui aut patriae glebae fideliter adscripti haeserunt, aut saltem etiamsi longe latèque dispersi fuerint, tamen non extra nativam stirpem coniugia ineunt; facile intelligitur horum etiam crania constantem magis formam prae se ferre, cuiusmodi exempla ex Europaeis gentibus iam prioribus decadibus exhibui Iudeorum et genuini Cingari.

Eorum autem qui fixis sedibus inde a longo tempore adhaeserunt, memorabilia specimina nactus sum terna eaque singula reliquis quoad characterem gentilium aequalia genuinorum inquam Batavorum ex insulis sinus australis (*Zuyder - Zee*) Marken, Urk et Shokland.

Interim tamen illud hic exhibendum selegi quod eum characterem, praesertim frontem valde reclinatam, glabellam contra cum arcubus superciliaribus, et maxillaribus ossibus prominentem, maxime prae se fert.

Hoc ipsum debo cI. D. PRINS, reliquos medicis meritissimis CRULL, KUYPER et VAN SWINDEREN, quibus omnibus istae quas dixi insulae earumque incolae propius notae sunt.

LXIV. *FEMINÆ SINENSIS HYBRIDÆ.*

(— TAB. LXIV. —)

Prout iam prioribus decuriis de characteristico habitu agendi occasio data est eiusmodi aut popolorum aut singulorum hominum qui ex diversorum stemmatum connubio ortum suum duxerunt, quales Mulatti sunt, aut passim Kirgisi et Jacutae medium inter Tataricum et Mongolicum vultum tenentes; ita nunc memorabile specimen huiusmodi progeniei mixtae, et quidem Malaicae generis humani varietatis cum Mongolica exhibere mihi licet.

Cranium inquam Javanae quae matrem quidem Malaicam, patrem vero Sinensem habuit, quod ex itinere sexenni Indico unice ad illustrandam remotissimarum istarum plagarum historiam naturalem et anthropologicam instituto retulit celeberrimus mibique amicissimus C. G. C. REINWARDT Prof. Leidensis, qui simul rarissimae huic calvariae hybridae aptissime iunxit bigam aliorum, integri inquam Sinensis et genuini Malaici Bantamensis.

Collatum cum his cranium hybridae progeniei de quo iam agitur, singulari leuitate insigne, paterno stemmati praeter alia glabellam planam et ad nasum declivem, materno vero mandibulas prominentiores debere videtur.

LXV. VETERIS PERUANI.

(— TAB. LXV. —)

Cum in humani generis naturali historia praeter nativas varietas etiam ad eas attendere oporteat quae artificiosae tantum encheiresi debentur, per longas generationum series constanter iteratas, earum quae cranii formam spectant exempla in Caribacis et Indis Americae borealis exhibui, et nubem testium inde ab Hippocratis macrocephalis ad pontum Euxinum et veteres Siginnos apud Strabonem usque ad recentioris aevi cultioris Europae nationes pridem alias concessi. f).

In primis memorabilis videtur ritus priscis Peruanis *Iucarum* aevo sollemnis neonatorum capitula in singularem forniam diffingendi; cuius encheiresin curate descriptis auctor de rebus Peruviae classicus Jo. DE TORQUEMADA g). Tempus vero quo mos ille gentilitius sensim exolevit, augurari licet ex cardinalis DE AGUIRRE collectione conciliorum novi orbis h).


Ipsa autem huiusmodi crania singulari ex pressura contra naturae modulum transformata hodie in catacombis sepulcralibus veterum Peruviae incolarum reperiri, praeter bigam eorum, gypso ad prototypa effectorum, quae cel. chirurgus Londinensis J. C. CARPUE servat, iam ipsissima genuina Indi calvaria docet ex veteri tumulo (quos Peruani *Guakas* vocant) prope *Quilcam* effossa, qua cl. ALEX. CALDCLEUGH (descriptione itineris triennis per magnam Americae australis partem celeber) museum meum ditavit.

Catagrapho quod explicatione hand eget subiunxi minorem iconem eiusdem calvariae secundum normam verticalem quam alias commendavi delineatae.

f) *de generis humani varietate nativa* pag. 214—23. quibus adde duumaviros anthropologiae peritissimos W. LAWRENCE in *Lectures on the natural History of Man* pag. 368 sqq. et J. C. WARREN on the sensorial and nervous Systems, pag. 100 sq. et 131 sq. Atamen et hodie extant viri physiologice docti, qui capitul' infantilis in gentilitiam quandam formam redigendi artificia in dubium vocant, ut cl KNOX in *Memoirs of the Wernerian Society* Vol. V. P. I. p. 218. et cl. DESMOULINS in *Histoire naturelle des Races humaines* p. 308.


g) *Monarchia Yndiana*, Sevillae 1615. fol. T. II. l. XIV. cap. 25.

h) Vol. VI. ed. Romanae 1755. fol. pag. 193—208.




LXI. veteris Germani.

"en dat. Biehensk. sc. & reg."



LXII. *Namtschialali genuini.*




LXIII. *Batavi genuini.*



LXIV. *Fæminæ Sinensis hybrida*





LXV. veteris Peruani.

